quo membra illuminabunt.
Unde et cū de sole hic loqueret̄
ioh̄s. Addidit sicut sol lucet
in uirtute sua. quando scili-
cet meridiano tempore in
centro ē celi. ita resplendet
ut nullatenus human̄ aspec-
tus ferre ualeat claritatē
luminis ei. Hanc claritatē
ostendit in monte corā trib̄
discipulis quando facta ē fa-
cies ei sicut sol. Centies tan-
tū. sic dicit beatus hylarius
fuit. Sed n̄ habuit euglissa

creaturā splendidiorē cui cō-
parare posset eandē clarita-
tem. idcirco dicit sicut ^{sol} resplen-
duisset facies eius. Et qualis
tunc apparuit dñs. tātūq̄
uenturus ē ad iudiciū. Quo
in loco queri potest. si dñs ad
generale resurrectionē cū
tanta claritate uenturus est.
quare non in eadē claritate
post suā resurrectionē appa-
ruit discipulis? Ad quod dicen-
dū est. Ideo post suā resurre-
ctionē claritatē sui uultū discipulis
abscondisse. ut eū ut ferre q̄-
uissent ut cognoscere. Quod si
non fecisset. mortaliū oculi
eū uidere n̄ possent. Si enī cū
adhuc mortale corp̄ gestaret.
ferre non potuer̄ claritatem
uultū ei quando transfiguratus ē
in monte. quanto minus hoc
possent fieri post suā resurre-
ctionē ipse n̄ ut sol. sed septem-
plicit̄ sole fulgente suā mani-
festaret claritatē. Quid autē
de dño dicim̄. cū etiā nos mi-
seri atq̄ mortales claritatē
animarū sc̄arū cū et̄no sole
fulgentiū sustinere n̄ ualem̄.
Porro quod dicit sol siue luna ma-

iolem luminis claritatē habere
post diem iudicii. utiq; ad lap-
sum et reparatiōne primū ho-
minis p̄tinet. Post quā om̄i ho-
modi mandatū transgredien-
do peccauit. tenebras incurrit.
Et idcirco etiā ipse sol qui ad ob-
sequiū fuerat hominis condit.
claritatē sui luminis ex maxi-
ma, ^{parte} pdidit. Sed cū reparatus
fuerit homo. atq; post genera-
lem resurrectionē renouatus
tunc et ipse sol renouabit. et
septē plicat. ut multoties quā
modo lucebit. Unde etiā nec
postea occasū patietur. sicut
ysidorus testatur. ne impu-
luminis eius claritate fruam̄.
Alit̄. Sol habet ortū et occasū.
Ideoq; congrue cōparatur xp̄o.
qui habuit ortū nascendo tē-
poralit̄ ex matre. et occasū
p̄ mortē. Porro facies illius ma-
nifesta in carne presentia in-
telligit. que abscondita ē quan-
do in cruce occubuit. Sed iterū
resurgens a mortuis cept̄ lu-
cere in uirtute sua. In multitu-
dine scilicet miraculoy. et p̄di-
catione doctoy. Nam et de hoc
occasu psalmista dicit. Iter fa-

cite ei qui ascendit sup occa-
sū. Sup occasū nāq; ascendit.
quia inde occubuit. inde sur-
rexit. Et quando ista cernebat
iōhs iam ortus. iā ad occasum
uersus. iā surgens. iterū luce-
bat in uirtute sua. Id iam in
carne natus. passus. & suscitatus.
Ipsaq; eius natiuitas passio &
resurrectio, totū claruerat or-
bem. et idcirco facies angli non
simplicit̄. sed sicut sol lucet in-
» uirtute sua splendebat. Et cū
» uidissem eū. cecidi ante pedes
» eius tamquā mortuus. Iōhs
in hoc loco om̄em significat e-
lectoroy multitudinē. Angls
aut̄. solius ~~capitis~~ capitis p̄sonā
gerit. Non aut̄ hic pedes dñi
sicut superius aīnitatē diuini-
tatis eius. n̄ p̄dicatores. non
deniq; cetera mēbra. sed tantū
indicia passionis ei et humilita-
tis significat. qua se humilia-
uit usq; ad mortē. Ad pedes
ergo angli iōhs cadit. dū scā-
recta uestigia passionis ipsius
imitat̄. Iuxta illud petri. Xps
passus est p̄ nob̄ uob̄ relinquens
exemplū. ut sequamini uesti-
gia eius. Et hoc mortificando

se cum uitiis et concupiscentiis.
Ad pedes eius cadit: qui adu con-
siderat redeptorem suum mortu-
um mox moriendo mundo ad
imitanda eius uestigia semet
ipsam humilitate prosternit. Bene
autem iohannes non mortuus: sed
tamquam mortuus cecidisse dicitur
ad pedes angelus: quia electi imi-
tantes uestigia passionis christi.
Et si moriuntur mundo: uiuunt
tamquam in deo. Hinc apostolus dicit. Qui ui-
uit iam non ego: uiuit uero in me
christus. Et iterum. Obsecro uos ut
exhibeatis corpora uestra: hostia
am uiuentem sicut cetera. Hostia
quippe immolatur: et uiua est:
quia sancti et sancte mortificant cum
uitiis et concupiscentiis: non
tam penitus a corpore recedunt.
Ut certe tamquam mortui sunt:
cum se mortificant: quia in spe
future resurrectionis iam ui-
uunt. Iuxta illud apostoli pauli.
Mortui enim estis: et uita uestra ab-
scondita est cum christo in deo. Et cum
christus apparuerit uita uestra: tunc
et uos apparebitis cum illo in gloria.
Et posuit super me dexteram suam
dicens. noli timere. Non semper
in sacro eloquio: unus sermo. p

uno accipitur sensu. Legimus quippe
superius dexteram significari
summam beatitudinem future uite
et prosperitatem in qua sancti iam con-
sistunt in dei predestinatione.
Non ergo bic taliter accipienda est
dexteram: sicut et in superiori
uersu pedes non priora in se con-
tinent superiora mysteria: sed
tantum exempla imitationis christi
et passionis significat. Itaque in
hoc loco per dexteram angelus: de-
bemus intelligere sanctos predicato-
res. Unde per moysen dicitur. In dex-
tera eius ignea lex. Ac si diceret.
In sanctis predicatoribus doctrina spiritus
sancti. Notandum autem quia nondum
iohannes quid angelus fecerit: ponens
dexteram suam super illum: utrum ui-
delicet leuauerit eum a terra:
an detraherit illum ad terram.
Sed ex clamoribus uolumine di-
scimus: quod a terra eum leuauit
quod dicit quod angelus gerat ac-
cinctus auro obrizo: et corpus
eius quasi crisolitus. posuit
dexteram suam super eum: et erexit eum
super genua sua. Ponit itaque an-
gelus manum super iohannem iacentem
ad pedes suos tamquam mortuum:
et erigit illum: quando christus ecclesie



suę que se mortificat. auxiliū
consolationis porrigit p̄ suos
p̄dicatores. Quasi enī dextera
xp̄i sup̄ fidelium corda p̄suris &
angustis p̄ssa. positus erat pa
ulus ap̄t̄s ut eos subleuaret. cū
eis consolationē adhibeāt dīcs.
Non sunt condigne passionis hu
ius tēporis ad futurā gl̄amque
reuelabit̄ in nob̄. Non aut̄ acētā
ita erigūt̄ a terra. ut penitus
ab om̄ibz angustis submoueat̄.
sed cū talia et hūsimilia audit
p̄l̄. lat̄ passionibz cor eū ad
gaudia celestis patrię suble
uetur. Tale quippe ē illud eu
angelī. Nolite timere eos q̄
occidunt corp̄. s̄c̄t̄ā. Et ali
bi. Gaudete quia nomina ur̄a
scripta sunt in celis. Bene aut̄
illuc ad dīc̄. Nolite timere. Ac si
electoꝝ eccl̄e diceret̄. Orige
mentis obtutū in passionis cer
taminiē ad futura p̄mia &
accepta desup̄ fiducia timorē
audac̄ t̄ humanū p̄p̄ssa.
„Ego sū prim̄ et nouissim̄. s̄c̄t̄ā.
huic manifestissime apparet
q̄ anḡls quib̄ beato ioh̄i appa
ruit. figurā xp̄i tenuit. Non
enī alio. quā xp̄o nato. passo

ac sepulto et resuscitato hec
uerba conueniunt. Ipse est
primus. in quo facta sunt om̄a.
Ipse nouissimus. p̄ quē restau
rata sunt uniuersa. Ipse p̄m̄
qui ante sc̄ta genitus. In p̄n
cipio erat uerbū. Ipse nouis
simus. quia in fine tēporū nat̄.
Uerbū caro factū ē et habitauit
in nob̄. Et uiuus fuit ait. Uel
ante om̄a sc̄ta indiuitatis
essentia. ut ante mortē in car
ne. Et mortuus. sub audis
post natiuitatē carnis. Et
ecce sum uiuens in sc̄ta sc̄toꝝ.
Post resurrectionē sic ap̄t̄s dīc̄.
Xp̄s resurgens a mortuis iam
non mort̄. mors illi ultra
nō dominabit̄. Quo in loco ma
gna consolatio intelligenda
est adhibita beato ioh̄i. Cui
iacenti tāquā mortuo dicit̄.
Uiuus fuit et mortuus. et sum
uiuens in sc̄ta sc̄toꝝ. Nichil
enī affectione congruentius.
quā quod sibi similem in mor
te d̄m audiret. Qui tāquam
mortuus iacebat. Ac si dice
ret xp̄s. tā ip̄si quā om̄ibz fi
delibz. Nolite timere p̄ me pa
ti quęstis mēbra. cū ego q̄sū

caput p uob mori n̄ dubita
uerim. Quia sicut ego post
mortē uiuo. ita et uos uiue
tis resuscitati a capite. Adien
tūte ergo quia post mortem
uiuit uita uerā. que constat
in capite. exemplū uob osten
dens quandoq; in gl̄am resur
gendi. si modo uano timore
non recesseritis de corpore.
Et habeo claues mortis et in
ferni. Per claues. potestas et
na et iudiciaria designatur.
Vnde petro dictū ē. Tibi dabo
claues regni celoy. Neq; enī
puerilit̄ intelligere debemus
claues eē in celo. quē ad mo
tū sunt in hostio. Sed p̄ cla
ues potestas ostendit̄. ligan
di atq; soluendi. Ita ergo et
hic clauis nomine. potestas
et̄na ostendit̄. Vnde alibi
d̄r. Qui aperit et nemo clau
dit. claudit et nemo ap̄t.
Porro mors diabolus intelli
gitur. quia in uiciā diaboli
mors introiit in orbem ter
rarū. Infernus autē mēbra
illius ad penas inferni uen
tura. Habet itaq; filius dei
claues mortis et inferni. q̄a

sua occulta reseruatione dat
potestātē diabolo ut eī mēbris.
ut seruant in p̄secutione sc̄oy.
Et iterū. Cū uult facit om̄em
eoy. conquescere tēptationē.
His clauib; conclusit̄ diabo
lus. cū d̄no ad eū diceret. Nū
quid considerasti seruū meum
iob qd̄ non sit ei similis in tra.
uir simplex et rectus. Tēptan
dum eū appetuit dicens. Nūquid
frustra timet iob d̄m. Nonne
tu uallasti eū ad domū ei. Et c̄ta.
Usq; manū tuā nisi in facie bene
dixerit tibi. Reserauit ei d̄ns
clauē. cū potestātē tēptandi
dedit dicens. Ecce in manu
tuā ē. et ille accepta potesta
te. egressus p̄cussit ^{ei} uulnere pes
simo. Sed postea cohibitus ē
et sub clauē reclusus. quando
ipsa tēptatio p̄fuit beato iob
ad gl̄am. et restituta sunt ei
om̄a duplicia. ipsi tēptatori
eadem tēptatio creuit ad cu
mulum d̄pnationis sue. His
clauib; fuerat dimissus. quan
do petrū timore concutiens
compulit negare d̄m. Reclu
sus est iterū. quando d̄ns re
spexit petrū. et ille fleuit

trine
amare. ac maculas, ~~et~~ negati
onis. lauit amarissimis lacri
mis. His etiā clauib; fuerat re
laxatus. quando mariā mul
tis criminib; sibi deūctat. Sed
clausus est quando dimissus fuit
ei peccata multa. quia dilexit
multū. His quoq; clauib; apertus
fuerat dimissus. quando tēp
tabat paulū. cui nemagnitu
dine reuelationū extolleret.
datus fuerat stimulus carnis.
His diuini iudicii clauib; refera
tur. cū electos tēptationib; fa
tigare pmittit. Iterūq; restrin
gitur. cū n̄ supra modū sed ad
mensurā ipsas tēptationes exag
gerare pmittitur. Iuxta illud.
Fidelis d̄s qui n̄ patietur uos tēp
tari. supra id quod potestis. Et
» cetera. Scribe ergo que uidisti.
» et que sunt. et que oportet fieri
» post hec. Hic ioh̄s typum tenet
ordinis predicatorū. cui dicitur.
Scribe que uidisti. idē que intelle
xisti in lege scilicet et p̄ph̄is de
me. ut ea in corde teneas. et a
liis p̄ futura pandas. Ut etiam
specialit̄ hec uerba referim; s̄
ad aptos. dicit illis ut miracu
la xpi que uider̄ scribant. et

alios annuntient. et p̄ hec ad
fidem xpi alios trahant. Et
que sunt nunc impleta in me.
et que oportet fieri post hec
in membris meis. Quod autē
superius iam dictū ē ut scribere
debeat ea que uidit. et nunc
iterata uoce ad scribendū cō
pellitur. In repetitione uerbi
negligentia corporis a p̄dicatoꝝ
studio remouet̄. ut que sepi
us admonent̄ sine tarditate
» impleant. Sequit̄. Sacramētū
» septē stellas quas uidisti in dex
» tera mea. et septē candelabra
» aurea. septē stelle. angeli sunt
» septē ecclesiarū. Et candelabra
» septē. vii ecclesie sunt. Sacra
mentū. mysteriū est. ubi ali
ud uidet̄ et aliud intelligitur.
Sicut uerbi gratia in xpi corpore. ubi
cū uideatur panis uera ē caro.
Unde ipsi sacerdotes dicunt. Sa
cramēta que sup̄ sumus dñe p̄fi
ciant nob̄ ad salutē anime &
corporis. Ita ergo et hic sacra
mentū erat. quia in septē stellis
ut septem candelabris uniuersa
salis ecclesie exprimebatur.
Quod enī significat̄ p̄ septē stellas.
id ipsū significat̄ et p̄ septem

candelabra id om̄is ecc̄la. ut
specialiter sc̄i doctores. qui
nimirū recte p̄stellas designan-
tur et p̄anḡlos. quia in huius
sc̄i nocte lucent p̄munditiā
uitę et alius celestia nuntian-
do anḡli ueritatis existunt.
Quibz paulus dic̄. In meditatione
tionis prauę et puerse. In
quos lucetis sicut luminaria
infirmam̄to celi. Hoc etiā sci-
endum. quia hoc est. un̄ anḡl̄s.
quod septē. Hoc septē qđ unus.
quia qđ uni loquit̄ ad om̄s pu-
net. Et iterū qđ om̄ibz dicit̄.
ad singulos refertur. Quod aut̄
idem anḡl̄s quib̄ beato ioh̄i ap-
paruit. quędā expo sūt. que-
dam uō signata reliquid. Nimi-
rum idcirco hoc egit. ne nobis
lectio illius ualesceret. et ut
haberemus etiā ubi sensū nr̄m
exercitare possemus. Exposuit
quędā. quasi extoto nob̄ clau-
sus est liber. tederet nos eū le-
gere. Ad cuius mysteria inti-
ma n̄ potuissimus puenire.
Iterū si p̄om̄a eū aperet. facilis
nob̄ est ad intelligendū. et id-
circo etiā minus studiosę illū
legeremus. Anḡli aut̄ qbz

scripsit sicut insequentibz
inuenimus. n̄ celestes intelli-
gunt̄ sp̄s. quia absurdum est
credere aliquid eē in celestibus
spiritibz dignū rephensione.
sed potius fideles in ecc̄la confi-
stentes. De quibz scriptū est. An-
geli pacis amare flebunt. Et Za-
charias. Labia sacerdotis cu-
sto diunt scientiā. et legē req-
runt ex ore ei quia anḡl̄s dñi
exercitū est. Et anḡlo ephesi
ecc̄lę scribe. Hęc dicit qđ tenet
vii stellas in dextera sua. qđ am-
bulat in medio vii candelabroy.
aureoy. Ephesus int̄ p̄t̄ uo-
luntas sicut inuenimus in se-
quentibz dicente eodem anḡlo.
Scio op̄atua. Et cęta. Et consiliū
correctionis. in hoc quod sub-
iungit. habeo aduersus te pau-
ca. qđ caritatē tuā primū re-
liquisti. et om̄i ecc̄lę generalit̄.
Qđ enī dicit̄ anḡlo. id sacerdoti
ipsius ecc̄lę. in illo om̄i ecc̄lę
d̄r. et in ecc̄la ephesioy uni-
uersali ecc̄lę fidelū. Nā et p̄
septē stellas quas tenebat in
dextera sua. om̄s sc̄i intelligunt̄.
qui in p̄p̄eritate et̄ne beati-
tudinis iam tenent̄. in d̄i p̄re-

scientia. Ipsi quoque designant
et septem candelabra. in quorum
medio ambulat xps. quia dona
grae suae eis particulatim diffu-
dit. Alii scilicet sermonem sapi-
entiae. Alii scientiae. Alii gene-
ra linguarum. Alii uero praedicationem
sermonum. Hospitalitatem. absti-
nentiā. contemplationem. et cetera
huiusmodi. quae operantur unamque
idem spiritus. Qui cum ubique praesens sit.
omnium donorum gratiam eis discrete lar-
gitur. quasi in medio candelabrorum
cotidie ambulat. Ut
certe per manus possumus intelli-
gere potentiam diuinitatis eius.
quam nullus potest euadere.
quia in manu eius sunt omnes fi-
nes terre. In hac dextera con-
tinentur bonum et malum. Bonum
quidem comprimunt. ne ultra
mensuram acceptae uirtu-
tis. per inanem gloriam transeant.
ut ad uitiosum illecebras ru-
ant. Mali autem ne quantum
uolunt nocere possint. ac
uirtutis dextera retinentur.
sed tamen quia serui sub potestate
omnium ad mensuram filios uerberare
cogunt. Sunt ergo quidam
ad quos dominus uenit per fidem

quam habent. et aliquando
per bonam uoluntatem. Sed quia
inter reprobos moribus eum exciunt
et ad uitia labuntur. non po-
test ibi manere. Idcirco am-
bulat et ad electos transitum
facit. apud quos diu manet
et in eorum cordibus moratur. Facit
quidem ad uentum sui praesentiam
sentire reprobos. sed quia fide
illorum opera non secuntur nequa
quam apud eos manet. sed ad
electorum corda ab eis transit.
In quibus opera uirtutum inhabi-
tet. Hoc enim indicat coluba
ex arca dimissa. quae super
aquas diluuii uolitantem cum
non inuenisset ubi requiesce-
ret pes eius ad arcam reuersa
est. Hinc in euangelio ipse dominus
dicit. Siquis diligit me ser-
monem meum seruetur. Cetera
usque et mansionem apud eum
faciemus. In quibus uerbis offen-
dit. quia ad eos etiam uenit in
quibus mansionem non inuenit.
Bene itaque dicitur qui ambulat in
medio septem candelabrorum
aureorum. Ac si apte diceretur.
Tandem uenit electos et reprobos
exortationis uerbo discurrit.

quo usq; inueniat apud que
p̄ opa uirtutū mansionē faci
at. Nō certe dū quēlibet elec
toy in timo discretionis exa
mine p̄bandū ad tēp̄ intēp
tatione deserti. atq; ut aliū
x̄tēptatione eripiat. p̄ uolū
uore p̄sequit̄. tāquā in me
dio septē candelabroy. discut
rere uidet̄. Scio opatua. Et
cetera. Hoc n̄ unum specialit̄. sed
generalit̄ omib; electis con
gruit. quoy opa labor et pa
tientia dō sunt cognita. Sci
re autē dī. eligere est. Unde in
libri moysi frequent̄ p̄pto
d̄r. Nōs scit̄ d̄s ex omib; gen
tib; id uos elegit. Et ipsi mo
ysi. nō uis̄ ex nomine. id
tē elegi ex omib; specialiter.
Aliquando autē scire d̄r d̄s sci
entes reddere. Unde ē. Temp
tat uos d̄n̄s d̄s ur̄. ut sciat
si diligitis eū annon. Id scire
uos faciat. Et abrahe. Nunc
cognoui quod timeas d̄m. id
cognoscere tē feci. D̄r quoq;
scire d̄s. ^{q2} ex ipsa scientia uis di
uine subtilitatis accipitur.
cui nuda et apta sunt om̄a.
Luxta illud. Tu cognouisti om̄a

nouissima et antiqua. In istis
itaq; locutionib; actē; p̄ locoy
qualitatib; scire dī debem̄ acci
pere. D̄r ergo actē; a xp̄o. Scio
opatua. Id est scire tē facio mer
cedem opū tuoy. Et laborem.
Qui homo operans laborat. id
circo post opa uirtutū. recte
etiā subiūgit̄ & labor. Quia
sc̄a act̄a sicut magnā ē in opib;
ita magnā ē et in labore. Cuius
etiā patientia specialit̄ p̄di
catur. que cunctos tolerat
labores patient̄. et eos quos
male agentes portat sincerit̄
amat. et usq; ad finē uite in
hoc p̄seuerat. Luxta illud. Qui
p̄seuerauerit usq; in finē hic
saluus erit. Opa enī et labores
cōmunia sunt bonis et malis.
Patientia autē uera singulare
munus collatū ē electis. que
sidesit̄. multa opa multiq;
labores subito ad nichilū redi
gunt̄. Patientia autē uera est.
que & mala p̄ximoy equanimit̄
tolerat. et eos quos p̄raue agen
tes portat. sincerit̄ amat.
Et quia n̄ potes sustinere malos.
subaudi libent̄. et hic iungen
dum est. scio. sicut supra. In

hacemū uita simul mixtusunt
boni et mali. idcirco necesse est
qualit̄ eē non potest ut ipsi mali
tolerentur abonis. Deben̄ esse
nullis odio habere quod mali
sunt. et debent eos diligere p̄
hoc quod homines sunt. Hinc
psalmista ait. Iniquos odio ha-
bui. Non quo naturā iniquoꝝ.
sed opa iniquitatis odio habue-
rit. Non nūquā itaq; infirmi
quiq; maloꝝ prauitates dum
nolunt sufferre, eoꝝ consortia
gressib; corporis conant̄ fugere.
ignorantes quā impiū sit p̄p̄t̄
pauoꝝ. aduersitatē relinque-
re scōꝝ unanimitatē. Quasi
patientis studerent. q̄a alibi
locus deest in semet ipsis inue-
nient. ubi eos euadere possent.
» Et temptasti eos qui se dicunt aptos
» eē. et n̄ sunt. Tempore beati ioh̄is
surrexer̄ falsi apti. id heretici.
martino. & cherintus. et ebion.
in asia. uolentes corrūpere
rectā fidē. et p̄dicantes xp̄m
minorē patre. qui utiq; falsi
apti erant. Apti enī int̄ p̄t̄
missus. Sed isti n̄ erant missi a
xp̄o. sed a diabolo. transfigu-
rant̄ se in aptos xp̄i. a quo se

missos dicebant. cū n̄ ueritatis
sed falsoꝝ dogmatū eēnt doc-
tores. De talib; dñs p̄ propham
dicit. Ipsi ueniebant cū ego n̄
miserim eos. Dicit ergo. Tēpta-
sti eos qui se dicunt aptos esse
et non sunt. id est p̄bati fidē illoꝝ
& doctrinā. et inuenisti eos in-
uaces. Temptationes enī dux
sunt. sed hic tēptatio ad pro-
bationē p̄tinet sicut et ibi.
Tempta nos dieb; decē. Sic et
sc̄a eccl̄a cotidie tēptat. ut
p̄bat corda singuloꝝ. ut qui
rectā n̄ tenent fidē. aut corri-
gant̄. aut ab eccl̄e societate
pellant̄ sicut eiec̄ti sunt he-
retici. Isti enī ut ebion et ceteri
ante quā examinarent̄ occul-
ti erant. sed p̄bati sunt tā
ab eato ioh̄e. quā ab anḡto
illius eccl̄e. Et quos p̄uersi doc-
tores rept̄ sunt dāpnati sub
anathemate. eiec̄ti ab eccl̄a.
Similit̄ sabellius. forinus. et ceteri
latrones qui non possunt intra
sinū eccl̄e intrauerant late-
bant. quo usq; ab eccl̄e pasto-
rib; p̄bant̄. Et patientiā habet
— Tollerando scilicet patientiū illoꝝ
p̄uersitatē quib; mala inger̄.

Et sustinuit propter nomen meum nec
defecisti. Ac si dicitur. omnia
ecce diceret. Quia in omnibus
patientiam habuisti. idcirco
utique ea que tibi ab impiis sunt
inlata tormenta sustinuisti. quod
nisi patientiam habuisses. ut tot
aduersus defecisses. Et ideo
patientiam habens non succu-
bis. quia non pro eterna gloria. sed propter
nomen meum hoc sustines. Sed ha-
beo aduersus te. quod carita-
tatem tuam primam reliquisti.

Superius locutus est sanctis. nunc
autem loquitur reprobis. Quia sicut
supradictum est. sicut sunt ma-
li et boni mixti. in presenti uita.
ita communiter eos alloquitur di-
uinus sermo. habeo inquit ad-
uersus te. id est aduersus reprobos
qui inter sunt. quia primam ca-
ritatem reliquisti. id est fide et di-
uinationem. et subdidisti de-
lectationibus secularibus et terre-
nis. sicut mulier deserit pri-
mum uiri amorem coniungit se
ad alterum. Dum enim a quibusdam
caritas dei inchoata repellitur.
per manus cupiditas seculi introdu-
citur. fitque modo miserabili.
ut nec ad memoriam illam re-

deat. cum haec mentes plene possi-
derit. Memor esto itaque unde
excideris. id est aqua gratia separa-
sis qui prius michi coniunctus
splendore sanctitatis fulgebas. Et
age penitentiam. pro eo quod me
dereliquisti. et terrenum amorem
tamquam mulier ad alterum susce-
pisti. Et prima opera fac. id est redi-
to amore prioris uiri. Si uenit.
uenit tibi. et presentiam ire mee
tibi ostendam. Et mouebo can-
delabrum tuum de loco suo. nisi
penitentiam egeris. Id est mouebo
te de loco uirtutis tue. et de
societate fidelium. Notandum
autem. quando dicitur candelabrum
de loco suo. sed tantum mouebo.

Quia uidelicet quis peccet. ta-
men si penitentiam egerit perfec-
tam. non a mutatur dignitatem
suam aut gradum. Unde petrus
licet negauerit christum. non perdit
apostolicum gradum. Sed dicam hoc
exemplo. Si enim quilibet hominum
graue peccatum admittit in con-
spectu hominum. de loco suo mo-
uetur. At tamen si cito pro peniten-
tiam surrexerit. non est motus
in conspectu dei. Quia licet pro
peccatum in conspectu hominum



motus et uideret. tamquam
indū p̄scientia resurrecturus
erat. motus n̄ est. Quia ne
quaquā minoris sc̄itatis lo
cū habebit. si p̄fectā peniten
tiam egerit. Dicat itaq; in
penitentiā. Et addm̄ redire no
lenti. Mouebo candelabrū
tuū de loco suo nisi peniten
tiā egeris. Ac si ei diceretur:
O unus sc̄itatis post lapsū cri
minis a me nequaquā recipi
es. sicut ad penitentiā emol
» lire curaueris. Sed hoc habes
» bonū subaudi. Quia odisti
» facta nicolaitarū que et ego
odi.
Ierū in hoc locū ut sermone
ad p̄sonā fidelium dicens. Odi
sti facta nicolaitarū. Nicolaus
unus fuit ex septē diaconi
b; q̄ electi et ordinati sunt
ab aptis. Sed ceteris p̄manen
tib; in ministerio sc̄o. ille re
cessit ab eorū fide et doctrina.
Qui cū culparet eo quod habe
ret pulcherrimā mulierē
et nimium zelaret eā. ut se ex
cularet ab hac suspitione. n̄
est in inq; cure quid faciat.
quib; inat illa. Unde tran

sit in cōmune usū. Quod fac
tū. ceper̄ etiā multi sectato
res ei imitari. Quia etiam
idolatriā cōmedebant. &
cibos suos cibis gentiliū cō
mischebant. Dicebant quoq;
hunc mundū n̄ ad d̄o. sed p̄n
cipib; ^{tenebrarū} factū. Contra quod
in genesi d̄r. In principio fec̄
d̄s celū et terrā. Et hec facta
nicolaitarū ab om̄ib; repudi
antur. et ueluti stercore de
testant̄. Uideam̄ autē. quos
isti spiritalit̄ significant. In
terp̄tat̄ enī nicolaus popl̄s
stultus. Quoniam gentiles
figurant̄. q̄ stulti sunt. Qm̄
uerā sapientiā. id est xp̄m cre
dere nolunt. Unde paulus
dicit. Nos p̄dicam̄ xp̄m cru
cifixū. iudeis quidē scanda
lum. gentib; autē stultiā.
Nā h̄ij cōmunit̄ utunt̄ uxo
rib;. & idolotriā cōmedunt.
Atq; huius sc̄i conditores
homines fuisse affirmant.
Id iouem. saturnū. et reliq;
quos licet ab illis d̄i putentur.
homines tam fuer̄. et in hac
terralicet turpē uitā du
centes regnauer̄. Significat

quoque nicolaus hereticus. qui
cum de sapientia dei patris quae
est filius uera nesciunt. li-
cet secundum seculum sapientes uide-
antur. tamen secundum deum stulti
sunt. Dum enim arrius ut secta-
tores eius. christum creaturam
esse affirmant. fatui atque
stulti sunt. Quia dum trinita-
tis substantiam confundit.
christum esse deum contradicunt.
De quibus psalmista dicit. Dixit
insipiens in corde suo. nescis.
Quorum facta duo specialiter no-
tantur. qui et idolorum cultores
et fornicarii sepe uocantur.
Quia enim rectam fidem non ha-
bent. suus ipse error quem
secuntur. pro cultura idolorum illis
imputatur. Fornicarii quoque
sunt. qui in munditiis carnis
seruiunt. et ob hoc maxi-
me pereunt. Iudei quoque sunt
stulti. quia in christum qui est sa-
pientia patris nolunt cre-
dere. Frustraque iactant se
habere patrem cuius filium
odius insecuntur. quoniam qui non
habet filium nec patrem habet.
Sed et si diligenter inspicimus.
intra ecclesiam nicolaistas in-

uenimus. eos uidelicet. quos
in terreno amore thesauri-
zare uidemus. Quid enim stul-
tius esse potest quam in loco to-
ta mentis anxietate pecuni-
as recondere. quoniam licet im-
perpetuum habitare. Unde dominus
discipulos orat dicens. Nolite
thesaurizare uobis thesauros
intra terra. In hoc stultorum
numero computatur ille qui cum
diceret destrua porta mea et
maiora faciam. Quia non ha-
beo quo fructus congregem.
Audiuit ad domino. Stulte. ac noc-
te animam tuam ate repetent.
Quae autem congregasti cui erit.
Quae scilicet lucra hominum in-
sipientium. paruntur illis genimi-
na omnium uitiorum. Quia secundum
apostolum. radix omnium malorum
est cupiditas. Quia uidelicet
phanc alius ad rapinam. alius
ad falsum testimonium. Alius
raptur ad perurium. atque ad
caetera crimina. Quae etiam iuda
ad hoc perduxit. ut dominum mor-
ti traderet. Nam et phanc homo
cupidus animam suam uenale
facit. et idolatra efficitur.
plus amando creaturam quam

ertatorē. Qd̄ enī dicit ap̄t̄s de
gulosis: quoz̄ d̄s uenit̄ est. po
tēst̄ intelligi et de cupidis simi
lit̄. Quoz̄ d̄s nūm̄ est argenti
ut auri. Hec sunt facta nicolai
tarū. id̄ hominū stultoz̄. pa
ganoz̄ scilicet. et exterorūq̄ in
fidelū et falsoz̄ xp̄ianoz̄. Que
d̄n̄s et si ex parte illius sunt. o
dire p̄bat̄. **N**ota aut̄. quia n̄
naturā sed opa hominū d̄n̄s se
odio habere dicit. **U**nde d̄n̄s d̄c̄.
odisti nicolaitas quos ego odi.
sed odisti facta nicolaitarum.

Homo enī diligendus est: opera
aut̄ illius mala odio habenda.
» Qui habet aures audiat quid sp̄s
» dicat eccl̄is.

CUM in principio locutionis hui
unū anḡlo. unūq̄ ephesi eccl̄e
scribere d̄n̄s iusserit. Hic aut̄
non unū anḡl̄m ut unā eccl̄am
ad audienda dicta sp̄s inuocat.
patet p̄fecto q̄ quod unū dicit:
omib̄ dicit. Et in unū anḡlo
unūq̄ ephesioz̄ eccl̄a: unitatē
eccl̄e depingit. Verū quotiens
hec admonitiuncula ponitur
siue in libro hoc: siue in euange
lio: qd̄ sequit̄ siue qd̄ p̄cedit.
sp̄alit̄ ē intelligendū quia non

corporis hic aures requirunt sed cor
dis. Quā uidelicet aures nisi q̄s
habuerit: eloquia sp̄s nequa
quā capere ualebit. Hinc d̄n̄s
loquens turbis in parabolis.
cū om̄s qui illic aderant aures
haberent: monet ap̄t̄os dicens.
Vob̄ dico qui auditis. Ac si dicat.
Verba eccl̄iū sacramentoz̄ illis
ap̄to: quos eadem interna cor
dis aures percipere cognosco. Car
nis itaq̄ aures: auditu tantū
consistit. Cordis uō: auditu si
mul et intellectu uiget. Intu
endū quoq̄ ē: quia cū anḡls
in principio harū locutionū
ex pl̄ona filii d̄i. immo certe
p̄ anḡl̄m filius d̄i loquat̄. non
dicitur hic qui habet aurem
audiat quid filius dicat. sed
quid sp̄s. Quia uidelicet uerba
filii: uerba sunt sp̄s sc̄i. Quo
nomine etiā tota trinitas in
telligit̄. de qua d̄r. sp̄s est d̄s.
Ideoq̄ dū xp̄s loquit̄: pater et
sp̄s sc̄s in eo partē loquit̄. Quia
sicut sunt inseparabiles unita
te: sic inseparabilit̄ locuntur
et docent sc̄oz̄ unitatē. Scien
dum uō quia in hac reuelatio
ne: sicut in sequentib̄ aperte

monstrat. Aliquando loquitur
ex persona sua quod illi solū mo-
do conuenit. Aliquando uero ex
persona trinitatis. Ideoque singu-
le locutiones considerandae sunt.
quae licet referendae sint solū
modo ad humanitatem filii dei.
quae autem ^{ad} totā trinitatē. Un-
centi dabo edere deligno uitae
quod est in paradysio dei mei.
LIGNUM uitae. sapientia est dei pa-
tris. Salomone attestante qui
dicit. Lignum uitae est his qui ap-
prehenderint eam. et qui tenuerint
eam beatus. Quam utique apostolus christum
esse testatur dicens. Christus dei uirtus
et dei sapientia. Quae recte lignum
uitae dicitur. quia fidelibus suis uitam
aeternam tribuit. quos in praesenti sa-
tiat suo corpore. in futuro
autem satiabit sua contemplatio-
ne. Unde psalmista dicit. Sati-
abor dum manifestabitur gloria tua.
Bene lignum uitae uocatur. quia &
in praesenti uita electos suos ab
estiuo uitioꝝ umbra protectionis
defendit. & in futura beatitu-
dine cibum aeternae contempla-
tionis desiderantibus praebet. Dicitur
itaque uncenti in centum a car-
nissus temptationes demonum.

aduersitates prauorum hominum.
dabo edere deligno uitae. Idem
ipsum dabo illi in remuneratione.
cum perduxero ad meam contempla-
tionem. Paradysus autem ut praesens
intelligitur ecclesia. in qua cotidie
comedunt fideles eius corpus
et sanguinem bibunt. ut uita aeterna
quae ipse christus est. Sicut ipse dominus
dicit. Necesse est uita aeterna ut cogno-
scant te. & quem misisti ihesum christum.
Quod autem dominus se habere dicit. in
cuius paradysio hoc esse lignum
asserit. secundum humanitatem loquitur
quam assumpsit pro nobis. Quod ergo un-
centi oblectamenta peccati. in
hoc paradysio ecclesiae illi ad capi-
enda corporis et sanguinis sacra-
menta digne participant. et ad
dei contemplationem perueniunt.
Ipsamque lignum uitae in remunera-
tionem accipient. quia et ipse est
lignum uitae quod datur. Et ipse
deligno uitae uincens dat. &
in ipso ligni fructus est quod datur.
Et angelo symone ecclesiae scribe. Smyr-
na. interpretatur canticum eorum. Can-
ticum ad uoluntatem pertinet. Quod apte
congruit fidelibus quibus in persona
istius ecclesiae loquitur dominus. Non enim
haec uerba tantum unidicuntur.

» sed magis unitati scōꝝ. hęc dicitur
» primus et nouissimus. Primus
scilicet ante quē nullus. Nouis-
simus post quē nullus. Primus
a quo om̄is creatura sup̄sit in-
uicem. Nouissim̄ a quo om̄ia re-
» flaurata sunt. Qui fuit mor-
» tuus et uiuit. Quia et si fuit
mortuus ex infirmitate. ut
ait ap̄t̄s. uiuit ex uirtute di.
Hoc est enī prim̄ et nouissimus?
Quia qui sēp uiuit in sua substan-
tia primus existendo. mor-
tuus est in humanitate nr̄a.
in fine tēpōꝝ. ut homo nascen-
» do. Scio. id ad p̄bo et eligo tri-
» bulationē tuā. Licet uō hic
tribulatio singularit̄ ponat̄.
tamen om̄ifaria et multiplex
intelligit̄. Unde psalmista.
Oulte tribulationes iustōꝝ. Sc̄a
enī eccl̄a in cuius p̄sona hęc
loquit̄ sermo diuinus eccl̄e
smyrnē. multas tribulatio-
nes sustinet. et exterius cū ad
uersariis p̄bra. uincula. car-
ceres. ceterāq; huiusmodi tor-
menta excipit. Aut cū etiā
ademonib; interius inuisibi-
lit̄ cruciatur. cū etiā a se ip-
sa ieiunius. et orationib;. et

uigiliis lassata pene succūbit.
Affligit̄ quoq; et tribulat̄ a se
ipsa. cū caro resistit sp̄i.
Has om̄s tribulationes scit dñs
et ad p̄bat. de quib; om̄ibus
infuturo eos liberabit quando
auferet om̄em lacrimā ab
» oculis eorū. Et paupertatē tuā.
sub audis & ad p̄bo. Sed diues
es in dñm. iuxta illud. Eā quā
nichil habentes. et om̄ia pos-
sidentes. Mirū ē aut̄ quomo-
do electi pauperes diuites sunt.
Qd̄ duob; modis potest intelle-
gi. Fuer̄ enī sc̄i multi diuites
in hoc sc̄to. sicut dauid. Abra-
ham. et multi alii. Sed quasi
nichil habentes erant. quia
terrenas diuitias contempnen-
tes se peregrinos cognoscebant.
celestes diuitias iam tē tenen-
tes. Expleta quippe sua suorūq;
necessitate. ex his que habe-
bant. reliqua in usus paup̄ū
consumeabant. Ut certe pau-
peres rē sicut sunt ap̄t̄i. di-
uites aut̄ in fide p̄spem iam
celū possidentes. Quib; dñs
dic̄. Beati pauperes. qm̄ ipsorū
est regnū celorū. Dicat̄ itaq;
Scio paupertatē tuā. sed diues es.

Ac si diceret. Vnde te phum
litate sps pauperi existima
inde poma diues copbaris.
Vnus eni idemq electus. &
paup. & diues est. Paup sci
licet adhuc peregrinus.
Paup trena comotione. di
ues beata p destinatione;
Et blasphemariis ab his qui
sedicunt iudeos ee. & non
sunt. sed sunt synagoga
satane.

HEC non solummodo adu
na ptinet smyrne eccliam.
sed generaliter ad omem
eccliam que e in uniuerso
mundo. Que et in singulis
locis et in toto orbe blas
phemant ab impiis. qui se
dicunt ee iudeos & n sunt.

Quia iudeus int pretatur
confitens. sed sunt congre
gatio satane. Qui eni uere
confiteatur xpm. ipse est iu
deus. De talibus dñs dicit. Qui
me confessus fuerit cora ho
minibus. confitebor et ego eu
cora patre meo. Iudeoy.
ergo nominis expressio. me
diatoris nri est confessio.

tas nomine censent. spaliu
iudei appellant. Qd nom
utiq generalit iudei pdider
te. quando xpm negauerit
dicentes. hunc nescimus
unde sit. Quiq modo ap
te. modo occulte. sepauit
corde. eccliam di blasphemant.
ad quoy societate ptinet
etia falsi xpiani. qui xpia
nu qui de nom habent. sed
opa xpianitatis n habent.

De quibus p paulu dr. Confi
tent se nosse dm. factis au
negant. Blasphemant itaq
a iudeis falsis. qa electoy
uerba & opa a reprobis diu
dicant. et eloquia & facta
iustoy contraria sunt sep co
gitationibus reproby. Qui
licet in trasinu ecclie c sistant.

Vita tam et moribus in multis
satane synagogas se ipso
diuidit. quia quot uitis
inseruiunt. tot de se par
tes reddunt. Tales itaq
falso iudeoy sibi nomen
usurpant. quiq uehementi
Zeli flammis succensi graui
us eccliam blasphemare e
sueuer. quabi qui nuquam

adeius consortiū accesserit.
Sed usq̄ quo Lilama nouissime
atrico separentur: nullus horū
deserendus est: sed om̄is animo
nendi. Om̄is sunt tollerandi,
in exemplū redetoris nr̄i: qui
sacilegū impiūq̄ iudam
p̄ditoreū usq̄ ad passionem
mortis tolerauit. Ad quoy
uidelicet mala p̄ferenda ex
ortat̄ eccl̄a: & quasi armis
potentibz accingit sermo
diuinus cū subdit. Nichil
horū timeas que passurus es.
I d̄ quicquid audeas falsis:
quicquid a falsis fr̄ibz: uel
paganis iniurijs: lesionūq̄
ptuleris: hec q̄ transeunt
ne formides. hoc est qd̄ in eū
fidelibz dicit. Nolite timere:
eos q̄ occidit corpus: animā
aut̄ n̄ possunt occidere.
» **E**cce missurus est diabolus
» ex uobis in carcere: ut tem
» temini: & habebitis tribu
» lationē diebz decem.
Hinc liquido iā claret di
uersas in uno Anglō p̄sonā
alloqui. p̄misit enī diuina
uox quasi ad unū loquens.
Nichil horū timeas que passur

es. nunc uō cū adiungit tā
quā ad multos: ecce missur²
est diabolus ex uobis: & c̄ta.
Carceris aut̄ nomine om̄is tri
bulatio passionū intelligit̄:
Quā sc̄isunt p̄pessi a diabolo
quop̄mēbra sua diuerso modo
eos cruciat: recludens in car
ceribz & diuersis acuatū af
ficiens tribulationibz. Qd̄
aut̄ n̄ ait missurus est diabo
lus uos in carcere: sed ex uob.
non ad om̄e corpus Angli p̄
tinet qd̄ constat ex sc̄is: et
re p̄bit̄. Sed illos uult intel
legi que ex illatis tribulati
onibz uictores existunt.
Quidō temptant̄ ut p̄bent̄:
tōō p̄bant̄ ut coronentur:
Dicat̄ itaq̄: ecce id̄ impre
senti t̄p̄r missurus est diabol²
p̄mēbra sua: sicut fuit nero
domitianus: et cet̄i ex uob
in carcere: id̄ in diuersas af
flictiones ut temtemini: &
post temptationē uictores
effecti coronemini. Juxta
illud. Beatus uir qui suffert
temptationē: sit c̄ta. Et
habebitis tribulationem
diebz decem. Per decē dies

quibus ecclā tribulat^r. omne pre-
sens tempus intelligit^r. in q^o
decalogi mandata sunt neces-
saria. Sicut enī uerbigtā mit-
tens quilibet imperator mi-
litē contra hostes omni genere
armoy. munit. Sic dī om̄ps
mittens suos electos ad bellū
in hoc mundo contra demo-
nes. uel p̄uersos homines. de-
calogi mandatis eos instruit.
quibz muniti eis resistere pos-
sint. Et quia quādiu decalo-
gū habent necessariū. in pro-
cinctu sunt. Recte dī. ha-
bebitis tribulationē diebus
decē. Ac si dicat^r. Nolite que-
rere in bello uite p̄sentis re-
quiem. quādiu contra tem-
tāta inimici. siue ap̄ta.
siue occulta. decē p̄ceptis
tāquā q̄ milites armamini.
Nec enī gaudiū locus est. ubi
uita hominis tota temptatio
est. Dic̄ beatus beda. qd̄ q̄
dā c̄ temptationes. ad decē
p̄secutiones gentiliū refer^r.
et cōputant a Nerone cesare.
usq̄ ad diocletianū. Quod
quomodo sit ipsi uiderunt.
quibus hoc dicunt. Potest autē

et hic denarius numerus. Ali-
ter intellegi. Cunctis enī le-
gentibz. liquet tribz temptati-
onibz principalit^r. primū hō-
minē a serpente in paradiso
temptatū ac supatū. Quibus
etiā tribz modis post scd̄ hō-
mini temptato succubuit. id
auaritia. uanagltā. & cupi-
ditate. Contra quas scilicet
principales temptationes. co-
tidie ecclā diuicat. Septe-
narius autē numerus & p̄sens
tēpus refertur. qd̄ septē diebz
uoluit^r. Quia igit^r in om̄i ui-
te huius peregrinatione tri-
naita temptatio n̄ potest decē.
In quibz c̄ta uita potissimū
obtineat principatū. Et
hec ipsa mortalis uita. p̄ sep-
tē dierū curricula euoluit^r.
Recte decē dierū numero p̄n-
cipalis ecclē tribulatio expri-
mit^r. Hęc enī trina temptatio
nē septē diebz applicita.
denarius numerus adimplet^r.
Dicat^r itaq̄ de electis. habe-
bitis tribulationē diebus
decē. Ac si diceret^r. usq̄ quo
p̄sens uita finiat^r. que p̄. vii.
dies uoluit^r. contra diuersas

temptationes que in tibi sui
maxime obtinent principa
tū certam habebitis. Esto
fidelis usq; ad mortē & da
bo tibi coronā uitę.
Hic iā ostendit apte. ad
qd̄ decē dies ptineant. Id̄
ad omē tēpus quā diu fidē
seruare electi debent. hoc
aut̄ et generalit̄ om̄i ecclē.
et specialit̄ d̄r̄ unicuiq; fide
li anime. Hinc est qd̄ in eū
dñs dicit. Qui p̄ seuerauerit us
q; in finē hic saluus erit.
Esto itaq; fidelis usq; ad mortē.
et inter multas pressuras. et
inter innumeras clades. sēp̄
uictorię triūphū adtende.
Quia hoc dicturus erat p̄misit
sup̄ius. Hęc diē qui mortu
us fuit & uiuit. Ac si diceret.
Noli fidem regis relinquere.
quia si me cū totō belli dimi
caueris t̄p̄r. post mortē me
cū coronaberis. id̄ regnan
di sortē accipies. Nunc enī
est tēpus decertandi. tē aut̄
coronandi. unde in sequen
tib; d̄r̄. Qui uicerit faciam
eū sedere in throno meo. sic
et ego uici & sedeo cū patre

meo in throno eius. Qui habet
aurē cordis. id̄ intelligentiā
m̄tis. audiat. id̄ intellegat
ad se ptinere qd̄ dictū est.
et quid sp̄s dicat eccl̄is.
Qui uicerit temptata diabo
lica inuentiua carnis sue. n̄
ledet̄ a morte scd̄a. Id̄ ad a
natione p̄petua. In sacra enī
scriptura. tres mortē sepe
ponunt̄. Una scilicet pecca
ti. altera carnis. tertia uō sup
pliciu aet̄ne damnationis.
Quę mors hic scd̄a n̄ tertia
nō at̄. quia uidelicet de his
tantū modo agit̄ sermo quę
nocent. De morte scilicet
peccati. & morte aet̄ni sup
plicii. Ad quoy cōparatio
nē ista quę cōmunis est. mors
non est dicenda. Unde &
ap̄t̄s carnaliter mortuos.
dormientes uocat dicens.
Nolumus uos ignorare de dor
mientib;. Et cetera. Mors
itaq; quę ledit peccatū est.
huius aut̄ quę ledere possit.
nulla alia nisi et̄na d̄natio
succedit. Ideo p̄termissa
quę non ledit. illa debuit uo
cari scd̄a. quę peccatū ledit.

Dicitur itaque. Qui uixerit non ledetur
a morte secunda. Id est qui mor-
te peccati in hoc tempore, anima
necatur antea superauerit. ad lesi-
onem eius. que post hanc & cor-
pora & animas sine fine cru-
ciatur non pueniet. Quem mors
sepe occidit. & nunquam ad in-
tegrum extinguit. In lesio-
nis autem uerbo miseriam de-
bet intellegi. corruptio.

Ledi enim non potest. nisi quod
corruptioni subiacet.

Et angelo per gami ecclesie scribere.

Per gamus interpretatur diuisio
cornuorum. Quod tamen illi quia
omni ecclesie apte congruit.
in qua sunt simul & boni et
mali. & que iudicando facit
distantiam inter bonos & ma-
los. ut confringantur peccatorum
cornua. et exalten-^r cornua
iusti. hec dicit qui habet rom-
pream ex utraque parte acu-
tam.

Romphea est gladius u-
traque ^{parte} acutus. Gladii
autem nomine. scriptura sa-
cra intelligitur. Dicente
apostolo. Et gladius spiritus quod est
uerbū di. Qui gladius ue-

teris testamenti bene utraque
parte acutus dicitur. quia uide-
licet hinc peccata operis. illic
refecat peccata cogitatio-
nis. Vetus quippe. instru-
mentū dicitur. Siquis adulte-
riū fecerit. mortemoriatur.

Non uero. qui uiderit mulie-
rem ad concupiscendū eam.
iam eebatus est eam in corde
suo. Et multa huiusmodi.

Vel certe utraque parte acutus
id est dicitur. quia sicut gladius
bices carnem diuisit et
membra a membris separat.
ita gladius uerbū di separat
bonos a malis. Unde &
omnis dicitur. Non ueni pacem
mittere sed gladium. Et
cetera. Siue etiam idcirco dicitur
utraque parte acutus. quia
& simplices per historiam.
et perfectos instruit per alle-
goriam. Scio ubi habitas
ubi sedes. cetera.

Et hoc generaliter uniuersali
ecclesie dicitur. que mixta
cū rebus ubique per bonam sane-
tationibus exercetur. Sicut
enim sedes disunt omnes electi.
ita sedes sunt diaboli cuncti
republice.

In quoy. medio habitat ec-
clesia. Juxta qđ apls dicit.
In medio nationis prave. et p-
uerse. Inter quos luccis sic
luminaria infirmamto celi.
uel immundo uerbū uite con-
tinentes. Et in canticis can-
ticoy. dñ. Sicut liliū inter
spinas. sic amica mea inter
filias. Et inde lau. selectoy.
amplius crescit. & ubiq; dif-
fundit̃. qm̃ in medio maloy.
innocentie seruant opera.
hinc est qđ loth scriptura
teste laudat̃. qđ cēt uisu &
auditu iustus habitans apud
eos qui cotidie affligebant
animā eius. iniustis operib;.
hinc etiā electoy. ecclā dicit.
Circū dederunt me sicut apes.
A pjs quippe ~~nomine~~ mel por-
tat in hore. & in cauda uenenū
occultat. Sic nuntū hi frau-
des molliunt̃. dulcia p̃po-
nunt. ut amaro inficiant.
Et tenes nom̃ meū. Jđ nom̃
xp̃ianitatis integra fides co-
lis. etiā in p̃r tribulationi.
Et non negasti fidem meam.
afflictionib; p̃fidoy. pressa.
Et in dieb; antiphās testis m̃s
fidelis qui occisus ē apud uos.
Cuius latinitatis sit hec locuti-
o non facile patet. nisi forte
p̃ sub audiciones intelligat̃.
Si enī dixissem non negasti fidē
meā in dieb; antiphē. testis
mei qui occisus est apud uos.
plenus est sensus & facile in-
telligeret̃. At uō cū dñ. non
negasti fidē meā. & in diebus
antiphās meus testis. & cetera.
O b̃ cura est sententia. J̃oq; ne-
cessarie sunt sub audiciones.
ut ita hanc sententiā p̃nu-
tiamus. Et tenens nom̃ meū &
non negas fidē meā.
Et in dieb; illis in quib; exiit
antiphās testis m̃s fidelis qui
occisus est apud uos. non ne-
gasti fidē meā. Tale ē & illud
in psalmo. Nolite extollere
in altū cornu ur̃m. & cetera. usq;
qm̃ dñs iudex est. Cū enī dicit.
nolite extollere in altū cor-
nu ur̃m. nolite loqui aduersū
om̃ iniquitatē. Si subiunge-
ret statim qm̃ dñs iudex est.
apta sententia uideretur.
Sed cū in medio int̃ponit. qđ
neq; ab oriente. neq; ab occi-
dente. & inde subiungit qm̃

si iudex est. Obscura senten-
tia redditur. Aut ergo uitio
scriptorū ista talis factae locu-
tio. aut certe more scripturay.
ut dictū est necessarias habet
quasdam orationū particulas.
Sed hinc sensū uideamus. Fuit enī
quidam martyr qui occisus est
in ecclesia p̄gamū. p̄ quē utiq̄ oēs
martyres intelliguntur. quicūq̄
in hoc mundo siue ap̄to. siue
occulto martyrio patiuntur. ⁊
Quasi eunt in una ecclesia om̄s. ita
in uno martyre om̄s xp̄i mar-
tyres reperiuntur p̄ conuolau-
tis ad tolli. Quasi autē apud sc̄o
suū testem interfectū eēt cō-
memorat. sic intelligendū ē
non qd̄ ab illis. sed quod inter
illos fuerit interuentus. Ab his
uidelicet in quibz satanas ha-
bitat. id est arch̄p̄ qui sedes sunt
satane in quoy p̄sona statim
fuit. Sed habeo aduersus te
pauca. Qui habes illic tenen-
tes doctrinā balaam. quid o-
cebat balac. Mittere scan-
daliū corā filiis israhel. edere
& fornicari. hec enī uerba
non ad eū p̄tinent cui supra
dictū ē tenes nom̄m. Gitta.

Sed adeo qui simul mixti erant
reprobis quos anḡls p̄gamū.
id est ep̄s ipsius ciuitatis p̄tina
docere p̄mittebat. hystoria
patet. qualiter scilicet balaam
abalac ad maledicendū fili-
is isrl̄ fuerit euocatus. quē
maledicere noluit. cui se si-
mule etiā fieri in morte opta-
uit. Sed postea muneribus
uictus. in eiusdem ppli mor-
te consiliū dedit. Prauidit
enī filioy isrl̄ animos ad for-
nicationē p̄mitos. idōq̄ e-
siliū dedit balac ut mulieres
pulcherrimas corā eis pone-
ret. Quas speciebz illecti ad
inlicitos amplexus ruerent
illayq̄ blanditijs delinuti. de
sacrificijs phigor manduca-
rent. P̄ qd̄ uidelicet factū.
adō derelicti corā eis caderent.
Cōpletū ē hoc consiliū. et fili-
i isrl̄ facile decepti sunt.
Egressaq̄ ita ad nō. p̄cussit
exillis xx milia. donec
fines ielo dī actus. uindic-
tā exercuit in aduulteros.
hec tē facta sunt docente
impio diuino et mago. hec
postea specialit̄ imp̄gamū ecclesia.



generalit̄ aut̄ sit sp̄alit̄ in
to mundo . Balaam aut̄ inter
pretat̄ uanus ppl̄s . Balac he
lidenf . Iſrl̄ uo ut uidens d̄m .
Balaam itaq̄ ſignificat hete
ricos . qui pondus fidei . & uir
tutē in ſe non habent . ideoq̄
uanis ſunt . Balac aut̄ qui he
lidenf d̄r . huius ſc̄li ſignifi
cat principes . Nimirū bene c̄
gitur hoc qd̄ balac helidenf
uocat̄ . Quia p̄culdubio dū
huius t̄re principes ſemper
aliis ſuperiores exiſtere quer̄t .
ſiue que ad dignitatē ſue cul
men aſcendere nitent̄ con
ſpiciunt p̄uibus ad t̄ā he
lidunt . Vide licet ad humilia
deponunt . Qui plerūq̄ ſua
dentib; hereticis contra iſ
rahelitas . id̄ uiros uidentes
om̄ pugnare . ut de idolo
thiis edant & fornicent̄
ad nō praua dogmata ſe
quendo . Dū enī ſuaſioni que
dā & dulcia p̄ponunt in ſua
falſis dogmatib; . quali p̄ pul
chras mulieres eos ſeducere
cupiunt . ut comedant ido
lota . id̄ ut ſequant̄ eorū
doctrinā plenā om̄ſpiciant .

ibiq; fornicent̄ . id̄ ut relic
ta ueritatis doctrina . arden
tiſſimo libidinis . incendio
mendacis p̄uerſorū doctorū
inhereant . Aliē . Balaam q̄
ut diximus interpretat̄ ppl̄s
uanus . ſignificat demones
p̄ inania diſcurrentes . Bala
ac aut̄ qui helidenf d̄r . ſignifi
cat carnem . Que plerūq̄
animā elidit ad uerſa op̄tra
hendo . que debuerat d̄m ui
dere mente . Et hoc p̄ mulie
res . id̄ p̄ huius ſc̄li . delectati
ones & uoluptates . quaz a
more plerūq̄ anima demo
nū inſidiis illecta . ad con
ſenſū utendi illicitis trahi
tur . hiſt̄ enī ſignificat ani
mā om̄ contēplante . Docen
te igit̄ balaam . miſit balac
uoluptatū matrices corā
filis iſrl̄ . quaz ſuaſionibus
edant de immolatis & for
nicent̄ cū eis . Quia uidelicet
ſp̄ium immundorū ſuaſioni
b; caro delectata . ad ſpec
tū inſipidit ipſā cupiditatū il
lecebris deducit . quaz amo
re ut dictū ad conſenſū
rapitur . Ita habet & uir

neres doctrinā nicolaitay;
De factis nicolaitay.
uel quos significauerunt. su
uq̄ actionib; . satis supradictū
est. Itababes inquit & tute
neres doctrinā nicolaitay.
I d̄ sicut sunt inter quos secunt̄
doctrinā balaam . ita sunt
quos secunt̄ doctrinā nicolai
tay. Q d̄ utiq; illis d̄r quibus
erant imitatores . qui et ad pe
nitentiā orant̄ cū d̄r. Simu
lit̄ penitentiā agite . de factis
scilicet nicolaitay . sicut de
factis & doctrinā balaam .
S in aut̄ uenio tibi & pugnabo
cū illis in gladio oris mei.
Occidit̄ fuerat iā in superiorib;
angl̄m penitentiā agere .
eo qd̄ pmitteret quos dā te
nere doctrinā balaam uel ni
colai . Vnde cū dicit̄. S in
aut̄ uenio tibi . & deinde sub
iungit̄ pugnabo cū illis. Ita
est accipiendū tāquā dice
ret̄ pugnabo tecū . Quia ui
delicet hec uerba . & ad eos
p̄tinent qui p̄ dictā doctri
nā sequebant̄ . & ad eos etiā
quos n̄ corrigebant . Pari
enī reatu astringit̄ . & ille

qui praua docet . & ille qui
praua docere tacens p̄mittit̄.
T alib; itaq; dicit̄ d̄s . Venio
tibi . id̄ aduentū n̄ mee &
uindictā te sentire faciam .
Et pugnabo cū illis in gladio ori
mei . I d̄ est acutus eloquoy me
oy . sententis illos damnabo .
G ladius enī oris d̄i . sermonis il
lius ualida p̄cepta significat .
P aulo ad testante quid dicit̄ .
E t̄ gladius sp̄s qd̄ est uerbū d̄i .
Q uis habet aurē audiat qd̄ sp̄s
dicat̄ eccl̄is . Quis uis qd̄ uni
illay . dic̄ . om̄s eccl̄as audire
cupit . Vincenti . Desideria
pp̄ria & doemonū temptant̄ .
D abo manna absconditū . id̄
me ipsū tribuā illi . qui sup̄ panē
uiuus de celo descendens . .
Q uisq; id̄o factus sū homo .
ut panē angl̄oy . manducaret
homo . h̄ uic significat̄ panē
olm̄ illud manna . qd̄ filius
isrl̄ datū ē in heremo . Q d̄
quis p̄ alit̄ manducauerunt .
sicut moyses . & aaron . & io
suc . & si mortui sunt corpore .
immortales fuer̄ m̄te . Qui
aut̄ nichil aliud p̄ter qd̄ ui
debant ibi intelligebant .

mortuisunt morte aeterna.
De quibus dominus dicit iudeis. Patres
uestri manducauerunt manna & mor-
tuisunt. Sicut & nunc quidigne
corpus & sanguinem domini accipi-
unt. vitam sibi sumunt. Quia uero
indigne manducant. iudicium
sibi manducant & bibunt.
Istud autem manna quod hic promit-
titur fidelibus. modo quidem
in sacramento accipiunt pro fide.
quandoque autem in ueritate pro
speciem sumetur. Et quod nunc
manet absconditum. tunc erit ma-
nifestum. Qui itaque uicent
dabo illi manna absconditum.
I demum post finitum huius uite la-
bores contemplationem illi con-
cedam. Hinc psalmista dicit.
Satiabor dum manifestabitur gloria
tua. Manna & enim inter pre-
tiosa quod est hoc. Nos autem ne-
quaquam dicimus quod est hoc.
nisi dicitur quam ante non uidimus.
Istud enim manna. nunc manet abs-
conditum. Iuxta quod apostolus dicit.
Quod oculus non uidit. nec auris
audiuit. nec in cor hominis
ascendit. que preparauit disdi-
ligentibus se. Et dabo illi cal-
culum candidum. Calculus

lapis est pretiosus. qui et car-
bunculus appellatur. eo quod
in tenebris constitutus sicut
carbo succensus fulget prohi-
beat. Per hunc autem lapidem ipse
intellegitur christus. qui inter huius
seculi tenebras refulsit. Quan-
do uerbum caro factum est. & ha-
bitauit in nobis. Unde bene
candidus dicitur. quia sine ulla
peccati obfuscatione mundus
inter homines apparuit. &
diuinitatis sue luce tenebras
nostre mortalitatis inlustrauit.
Dicit itaque. Dabo uicenti cal-
culum candidum. id est dabo illi me-
ipsum quidem mundo atque aucto-
re mortis triumphat. ut scili-
cet michi frater & coparticeps
regni in gloria. Unde iohannis dicit.
Quotquot autem receperint eum. de-
dit eis potestatem filios dei fieri.
Ut sicut est filius dei ipse
per naturam. ita sint isti per gratiam.
Nomen etiam nouum datur. Id est
nomen christianum prius inauditum.
A christo enim fideles christiani uocantur.
Sicut ab israel. israelite. Au-
tota iudei. De hoc nomine per pro-
phetam isaiam ecclesie sue ante
ipse dominus dixit. Vocabitur

tibi nomē nouū qđ os dñi nomi
nauit. In calculo itaq̄ habet
nomen hoc . quia ab ipso cepit
exordiū a quo om̄s xp̄iani no
minam̄ . Et hoc nomē solis dat̄
uictoribz . id̄ om̄ibz ad uitā
et̄nā p̄destinatis . quibz uis
nominis dignitatē op̄ibus
exornant . Vnde subiungit̄ .
Qđ nemo scit sub audis digne
nisi qui accipit . Scire enī po
sitū est hic . p̄ eo qđ dicitur ni
si uirtutē huius nominis ex
ptus fuerit . Talimodo dicun
tur mulieres necdū cognouis
se uiros . id̄ necdū fuerant
expte uirtutibz . Nemo ergo
scit nomen hoc nisi qui accip̄ .
id est nemo uirtutē huius nois
et dignitatē moribz & uita
defendit . nisi qui ante fuerit
p̄destinatus . ut filius dī non
solū noetur . sed et̄a sit .
Nō esse & enī xp̄i nomē . ad custo
diam mandatorū . p̄tinet .
Quo contra ioh̄s de quo libet
reprobo dic̄ . Quidic̄ se nos
se dñm & mandata ei non cu
stodit . mendax est & ueritā
in eo non est . Nemo itaq̄ scit
hoc nomē . nisi qui accipit . id̄

mirū tales etiā foris in actio-
ne appareant . quales apud
semetipsos in diuino patere
iudicio non formidabant .
Vel bene etiā dicit . traherat
tertiā partem stellay . quia
qd ammodo retro aspiciens .
de toto transacto hoc tēpore
istaloquitur . Ab aduentu enī
dnī quo stelle spāles in celo
splendere ceperunt . & iste
cadere inchoauerunt . Et draco

stetit ante mulierē que erat
paritura . ut cū peperisset
filium eius deuoraret . Quam
ad beatā mariā p̄tinet . ste-
tit diabolus ante eā uolens
p̄ herodem filium eius interficere .
quando ille megyptū fugit .
& lactentes p̄ eo sunt inter-
empti . Sed qd non potuit fa-
cere p̄ illū . fecit p̄ filium eius .
herodē quibus diebus sicut
euangl̄ indicit . hierosoly-
mis erat . Uoluit autē eū de-
uorare diabolus . quia esti-
mans eū purū hominē . puta-
bat qd cū ceteris in inferno
eū tenere possit . Sed non po-
tuit . ut in sequentibus dicit .
quia surgens a mortuis . ascen-
dit ad dñm patrem . Sic coti-
die . immo omī hora stat di-
abolus ante scām aecclām .
ut possit eos decipere . qui
fonte baptismatis renati
efficiuntur filii dī . sed non p̄
ualet quia rapiuntur ad dñm .
a quo p̄tegnunt . Iuxta illud .
Vbi fuerit corpus . congrega-
buntur & aquile . Et uolo
ut ubi ego sū . illic & minister
m̄ sit . Non autē ut xpc ut mēbra

illius tunc solū modo draco
nē uincunt cū ad celos ascen
dunt. sed potius eū uincunt
in hoc & ipse dñs. & electi
illius. quia mandata uite cu
stodiunt. Vñ in euanglio
legimus. qđ cū tentaret dñm.
testimonia ei diuina ipse
ptulit. & sic eū confudit.
Et peperit filiū masculinū.
& cetera. Beata maria peperit
masculū. id dñm ih̄m xp̄m
fortem. qui ad hoc uenit ut
principes huius sc̄li debel
laret. De quo psal mista.
Dñs fortis & potens. et cetera.
Masculus aut aliquando po
nitur in malā partē. aliqñ
do in bonā. In malā ponitur.
ut illud hieremie. Maledic
tus sunt qui adnuntiauit pa
tri meo dicens. Natus est ti
bi puer masculus. Quo in lo
co p̄ph̄a. p̄sonā humanū ge
neris. genu dicens. O ale
dictus uir. diabolus scilicet
qui adnuntiauit patri mō
mundo. natus est tibi puer
masculus. id̄ ppl̄i fortis in
malo. De hoc patre psal
mista dicit. Audi filia & ui

de. usq; & domū patris tui.
In hoc aut loco. masculus in
bonā partem ponitur. quia
significat dñm ih̄m xp̄m. ut
certe membra illius que coti
die sc̄ciparitur eccl̄a. Recte
aut sc̄i sub nomine masculi
no cōprehendunt̄. quia for
titer contra aduersa istius
sc̄li dimicant. sicut fecerūt
sc̄i apl̄i & martyres. quia
ipsa corpora tradiderunt
p̄ xp̄i nomine. Quib; psalmi
statio. Virilit̄ agite. & cō
fortetur cor ūr̄m. Qđ aut sub
ditur. Qui rectorus est gentē
in uirga ferrea. tā de xp̄o q
in potestate inflexibili om̄i
gentes regit. vñ illi in psal
mod̄. Postula a me & da
bo tibi gentes hereditatē tuā.
quā de om̄ib; electis potest
intelligi. qui in suo capite
acceper̄ potentia. ut regnat
gentes in uirga ferrea. et ha
beant potestatē confringen
di eas tāquā uas figuli. ut fa
ciant ex uasis ire. uas am̄ie.
Nam qđ xp̄e facit potentia.
faciunt etiā sc̄i dono illius
adiuti p̄dicatione sua.

v irgaliū ferrea. restitudo in
telligit iusticie. quæc dili
gunt bonū qd dī fecit. & in
secunt malū qd homo ne
quam gessit. Sicq; sua ut ali
ena. sic aliena facta librant
exiudicant ut sua. Et rap
tus est filius eius ad dñm. & ad
thronū eius. Iste raptus ut
supradictū est. non est solū
modo corporalis. sed etiā spā
lis. Quasi enī quidam raptus
scōy. fit ex hoc mundo ad dñm.
dū fidem quā habent interius
mandata uitæ custodiendo
etiā exterius ope exornant.
Vñ & psalmista dic. Ascensus
in corde eius dispositus. Et
mulier fugit in solitudine.
& cetera. Solitudinem ad quā
mulier fugit. secretū menti
debemus intelligere. quia
Abiciens primū tēnoy de
sideriū tumultus. & mundi
supfluas curas se ipsā deser
tū quietis facit. ibiq; inuenit
locū ad dō paratū. hoc est se
ipsū dñm omnipotentē. qui in
corde illius requiescit. Iste
est locus de quo psalmista dic.
Estomichi in dñm p̄tētorē. et

in locū refugii. ut saluū me
facias. In solitudine ergo cor
dis locū scī inueniunt quos sal
uentur. quia dū insolentias
cogitationū non patiuntur.
solaq; æternæ petunt. con
ditorem suū in secreto cordis
habent habitatorem. In qua
solitudine pascunt eam.
nullidubiū quia predicato
resscī. qui ecclā pascunt sua
doctrina & predicatione die
b; mille cē lxx. Quāuis hic
numerus specialiter p̄tineat
ad tēpora anti dñi. quid duob;
necessario pascetur ecclā.
ad doctorib; precipue helia
& henoch. tamen ad om̄e p̄
sens tēpus potest referri.
ad dñi scilicet ascensione usq;
ad finem sc̄li. In hoc tēp̄ mo
rante ecclā in solitudine
sui cordis. & acuris tēporaliū
rerū quiescente. pascite eam
exemplo & doctrina. p̄ suas
aplās. euanglīm. & exposi
tiones libroy. p̄ abulo diuini
sermonis. Nam sicut anti
xp̄c mille ducentis xl dieb;
regnabit. Ita & xp̄c mille
ducentis sexaginta diebus.

id tribus annis & dimidio p̄di-
cauit. In deoq̄ totū p̄sens
tempus possumus accipere p̄
hunc numerū. a quo diuina
p̄dicatio cepit. in quo & p̄
nouissimos predicatores ter-
minabitur. Hanc etenim mu-
lierē significabat olim p̄p̄
ex egypto egressus. qui fa-
raonē. traconē scilicet q̄
in medio fluminū suoy. cu-
babat fugiens. In deserto
p̄ductus est. quo manna ue-
scebatur. & amor su igneoy.
serpentū. aspiciens enē ser-
pentē in ligno suspensū liba-
retur. Desertū quippe illud
significabat p̄sentem uitā.
et secretas mentū solitudi-
nes. In hac quippe uita.
pascimur uō manna. id est
corpore xp̄i. quid dicit. Ego su
panis uiuus quid de celo descen-
di. At sunt quoq̄ igniti ser-
pentes. id est demones qui ui-
tus nequitię suę nobis in-
fundere conantur. Sed non
p̄ualent. quia liberamur p̄
cū qui suspensus in cruce.
nos a diabolo liberauit. Qui
& si similitudinē m̄x̄ habuit

mortalitatis. tamen non ha-
buit maculā peccatū. In deoq̄
nos ab omibz p̄ualet munda-
re peccatis. Et factū ē p̄liū
magnū in celo. Non tunc so-
lū modo factū est p̄liū. quan-
do in initio temporis diabo-
lus p̄superbiā eiectus est de ce-
lo. sed & quando ad n̄p̄ passio-
ne eiectus de cordibz fidelū.
cepit amplius se uere contraos.
Et hec pugna p̄seuerat usq̄
ad finē sc̄li. quando cū fuerit
solutus consumabitur. Celū em̄
sc̄a accēta est. in qua fit hoc p̄-
liū. maxime ut diximus ex
quo p̄fidei eiectus est de cor-
dibz credentiū. ap̄tis p̄dican-
tibz. Iuxta illud. Non est no-
bis conluctatio ad uer̄ suę car-
nem & sanguinem. Sic enī d̄r.
factū est p̄reliū magnū in ce-
lo. ut ab initio fidei xp̄iane
usq̄ ad finē. totū tēpus uite
p̄sentis cōprehendi sine ali-
qua dubitatione credatur.
quatinus & factū p̄teritis.
et esse in p̄sentibz. & consu-
mandū in nouissimis asserat.
Michael & anglicus p̄liaban-
tur cū dracone. Angli micha-

helis uel draconis dicunt illi
subditi. et ad obediendum missi.
Non tamen ab eis creati. sicut quidam
uani loqui dixerunt heretici. uel etiam
qui sub uno rege in unaciuitate militare
credunt. Sicut enim solemus & non
dicere. uidentes eos qui ex ea
dem societate sunt. Eccemei
aut nri. Hinc enim dñs de pusil
lis in euanglio ait. Anglicoy
semper uident faciem patris mei.
qui uincit est. Hinc iosue prin
cipem exercitus dñi interrogat
dicens. Nri es an aduersarioy.
omni enim angli boni dicuntur
angli michahelis. qui ad eius so
cietate pertinet. In quo nume
ro angloy bonoy. etiam homines
iusti comprehenduntur pugnant
cū diabolo. Porro angli dra
conis. dicuntur omni quotquot
ei consenserunt. quando sup
biens dixit. Ascenda supra alti
tudine nubiu. & cetera. Vbi
etiam pariter maloy. hominum
forma comprehenditur. Pugnat
itaque michahel & eius angli in
celo. hoc est in ecclesia. & pugnat
oraco cū suis demonibz. qm
sicut demones sunt parati sep

ad impugnandum. ita & sci an
geli ad res ostendū. Notamen
nec nos sine angloy. nec uisū
angli sine nro conflictu con
tra antiquū hostem dimicant.
Erigamus ergo arma securi. quia
fortissimi nos nre patrie conci
ues & inuictos adiutores ha
bemus. Iuxta quod apłs dicit.
Nonne omni sps administratoru
sunt missi in muru steru. ppter
eos qui hereditate capiunt sa
lutis. Inde aut illi fortes.
unde et nos. Inde illi inuicti.
unde & nos. id est ex diuina uir
tute. sine qua nec illi aliquo
ualent. nec nos. Pugnat enim
nunc michahel. qui est accēte
p̄positus cū suis anglis. p̄ccēta.
Pugnabit etiam amplius t̄p̄ an
taxpi. Iuxta illud. In t̄pore
illo consurget michahel p̄n
ceps magnus. & cetera. Et non
ualuerunt. neque locus eoy. am
plius inuentus est in celo.
Quare dixit non ualuerunt.
cū etiam post baptismū & suā
abrenuntiationē diabolus
multos decipiat. sed licet
uideantur preualere ad t̄pus.
tam in eos quoad uitā sunt p̄

destinati non preualet. quia
ablato peccato. per peniten-
tiam. Non inuenit in eis locum
diabolus. Ille namque fit eius
habitatio. in cuius mente re-
gnat peccatum. Tolle ergo re-
gnum peccati. & non inuenit
locus diabolo. Sunt autem &
nonnulli in quibus nec a tempore
preualet. quia ad nullum
mortale crimen eos possunt
impingere pro quod illorum corda
debeant possidere. Quibus
paulus dicit. Nolite locum
dare diabolo. Potest autem
& hoc specialiter referri ad
diem iudicii. quando omne
illorum certamen ab adventu
domini initium terminabitur.
Quo pacto. Ista sententia com-
pletur. Non ualuerunt scilicet.
quia in fine certaminis
succubent. Neque locus eorum
amplius inuentus est in celo.
quatenus funditus ab electis
exclusi. decipiendi ultra tem-
pus non habebunt. Et pie est
est draco ille. & cetera. Ipse
antiquus hostis. ut iam dictum
est. draco appellatur. propter
umanitatis scelus. Magni

propter occultas insidias. & quia
ex multo tempore nocet. Ser-
pens antiquus. quia per serpente
primum hominem decepit frau-
de. et sic eum ueneno nequiti-
e interemit. Vocatur quoque
diabolus. id est deorsum fluens.
sive criminator. quia cotidie
de cordibus fidelium fluit. & re-
probos inuadit. Quibus sibi subiec-
tus. contra exercitationem in-
torquet. quos inuitus deserit.
Et inde dicitur satanas. id est contrari-
us. quia bonos insequitur.
quorum illi operasunt contraria.
Quis ducit orbem uniuersum.
in his uidelicet qui perireunt.
id est parte orbis. Nam a toto par-
tem intelligere debemus. quia
quamquam multos electorum
plerumque seducat. non tamen
impetuum nec aeternam mortem.
Piecus est autem de celo in terram.
id est demeritis electorum. in corda
reproborum. non quod in eis san-
te non erit. sed quo ab istis
exclusus. amplius illis dominari
cepit. Ruinae est terra excipit.
quia terrena querentium. terre-
na sapientium mentes inuadit.
De qua scilicet terra eidem serpen-

ti in prima maledictione figu-
ratum dicitur. Terram comedet
cunctis diebus uitae. Namque
propheta dicit. escaui electa.
De illis intelligendum est. qui e-
stimatione hominum electi ap-
parebant. sed in conspectu di-
i iam traierant. Et audiui uocem
magna de celo dicentem. Ne
facta est salus & uirtus dñi.
& cetera. Hec uox ad omne pre-
sens tempus pertinet. que ceptum
ab aduentu redemptoris. sed ut
usque ad consummationem perue-
niat. clamare non desinit.

Vox itaque ista in celo. magnam
est electorum. in cetera desiderium.
Nunc facta est salus. Sub audis
omni tempore uite presentis. ab ad-
uentu scilicet mediatoris.
usque ad finem eiusdem predica-
tionis. salus facta est. quia
grati bonitate saluati. unde
& psalmista dicit. Dominus est sa-
lus. Facta est uirtus. quia
per illum sumus roborati. Reg-
num quoque & potestas factae
omni. sicut ipse resurgens a
mortuis dicit. Data est mihi
omnis potestas. Quia peccator
est accusator fratrum nostrorum.

Accusatio diaboli. nichil aliud
est. nisi ad malum precipitatio.

Tunc enim accusat. quando dig-
nos accusatione reddit. non
loquendo exterius. sed loqui-
endo interius. Sed ab aliquo accu-
satione ille libere apparet. qui
hoc in se accusare studet. quo
ab aduersario suo accusari pos-
se cognoscit. Angeli itaque de
nostra conuersatione gaudentes.
letantur etiam de casu diaboli.
unde in die natiuitate dicebant.
Gloriam excelsis dō. Quid enim mi-
rum. si angeli homines frateruocant.
tunc et nuntia etiam ipsi dominum hoc
facere. Surgens a mortuis
dicit marie. Vade dic fratribus
meis. Neque enim iam indignatur
habere homines fratres. quod dominum
habere hominem fratrem. In
die autem & nocte. uel conti-
nuum tempus intelligitur. ut
prospere & aduersa. In die & noc-
te diabolus accusat. quan-
do alios in prosperitatibus extol-
li. atque alios facit aduersita-
tibus frangi. Et hoc ante cons-
pectum dei. quia ubique est. Iux-
ta illud. Celum & terram ego im-
pleo. Et ipsi uicerunt illum.

idē scī qui in ecclā sunt . & in ce-
lum bellū contra draconē fa-
ciunt . hoc est in societate fide-
liū . ppter sanguinē agni .
Cuius uidelicet passionem imi-
tant . mortificantes se cum
uitiis & concupiscentiis . Et
ppter uerbū testimonii sui .
quia fidei rectitudinē custo-
diunt . Et non dilexerunt
animas suas usq; ad mortē .
quia ante elegerunt mori in
hac uita . ut post modū cū
xpō regnarent . quā hic tē-
poraliter uiuere . & postmo-
dū eternaliter perire . Vsq;
ad mortē enī se posuerunt .
ne animas suas nequiter
amarent . Hinc paulus dicit .
Ego enī non solū alligari . sed
& mori paratus sū . p xpō . nec
facio animā meā p̄tiosiorē
plurā quā me . Et dñs . Qui
amat animā suā p̄det eam .
Imitant enī dñm suū . quem
sciunt . p̄ sua redēptione
non percisse animē suā . Pp-
terea letamini celi . Idē omīs
eccle . Plurali enī numero
utuntur . quia numerosita-
tem eccle . ad signant .

Et qui habitatis in eis . idē omīs
scī qui in congregatione scōy
moramini . Vt habitatores ce-
loy . anglos intelligere pos-
sumus . quib; concorditer in
dnō conuenit gratulari . tū
et homines ad illos confor-
tiū redeunt . & angli redin-
tegratū numerū suū istis re-
ceptis aspiciunt . Vbi non est
aliud qd̄ exponi debeat . nisi
ut hac manente letitia .
hic lib̄ debitū finem accipiat .
sequit̄ . Vt terre & mari . qd̄
descendit diabolus ad uos
habens irā magnā . Scies qd̄
modicū tēpus habet . Terra
& mare . unū idemq; signifi-
cat . sicut danibel ap̄te de-
monstrat . Qui cū dixisset se
uidisse quattuor uentos pu-
gnantes in mari magno . ad-
iecit . Et quattuor bestie . a-
scenderunt de terra . hoc sig-
nificans p̄ trā qd̄ et mare .
idē hunc mundū . in quo mi-
seri fluctuant . qui sep̄ trena
petunt . Ita ergo & hic trā
& mare . rep̄ boy . significat
corda . quib; est uis . idē enī
na p̄tio . ad quos uersus

inimicus expulsus ab electis
descendit. Non quo nullis an-
te non eēt. sed quia exclusus a
non suis. amplius in suis domi-
nari cepit. Qui recte tra & ma-
re nuncupant^r. quoadū semp
terrena petunt. superbie fluc-
tibus tumidi. & uitioy ^{illice bns.} ~~in cele~~
~~bris~~ amarissimi inueniuntur.
Talibus itaq; ue immunet. id
eterna damnatio. quia deiec-
tus a fidelibus diabolus. cūtra
magna seuit aduersus illos.
& tanto utiq; hoc agit fer-
uentius. quanto uicinior em
sibi seuit ad eē penā. vñ
subditur. Sciens quia modicū
tempus habet. modicū q; ppe
tempus. p̄sens intelligitur
uita. de quo ap̄l̄s dicit. filio
li nouissima hora est. Et sicō
putemus om̄e tēpus ab exor-
dio mundi usq; ad finem sc̄li-
citatū comparatū. breuis
simū est. Quā ergo diabolus
in proximo se scit eē damnan-
dū. ad exercendam malitiam
suam. angustū ei uidetur hoc
tempus quālibet p̄locis mo-
ray spatium p̄teletur. Consi-
derat quippe qd iuxta sit ut

licentiā nequissime liberatis
amittat. & quanto breuita-
te temporis angustatur.
tanto multiplicitate celeri-
tatis expanditur. Hanc autē
eius ruinā. & in aduentu uñ
redemptoris factā. & nunc usq;
fieri debemus credere. Habet
autē diabolus iram contra eos
qui p̄ terrā & mare figurant^r.
sed ^{et} contra eos qui in celo habi-
tant. a quibus uictus excludit^r.
Nam & p̄ ipsos seuit uersuti-
us aduersus istos. Et post
quam uidit draco quod p̄iec-
tus eēt de celo. hoc est decore
tibus electoy. in terrā. id̄ irre-
p̄boy. corda. p̄secutus est
mulierem que peperit mascu-
lum. Sc̄a eccl̄a designatur
p̄ celū. similiter & p̄ mulierem.
Appellatur autē mulier. non
p̄pter animi molliam. sed
quia cotidie sp̄ales dō filio^r
gignere non cessat. Ipsa eē
& enī sponsa. anulo fidei in
baptismo subarrata. De qua
paulus dicit. Despondenti
uos uniuerso uirginem castā
exhibete xp̄o. Et alibi. De
sponsa autē si bixp̄e eccl̄am.

non habentē maculā aut rugā.
Et insequentib; huius libri uerb
or. Veni ostendā tibi sponsā
uxorē agni. Ipsa est etiā uxor.
in pfectione opū & mōrum
constituta. & quia sua predi
catione et doctrina multos
filios dō generat. Vñ ipse dñs
dicit. Siquis fecerit uolunta
tē patris mei. ipse m̄s fr̄ soror
& mater est. Credendo ergo
sponsa. opib; inherendo uxor.
uocibus predicando mater
efficitur xp̄i. Totiens enī pa
rit xp̄m. quotiens officio p
dicationis membra eius que
nos sumus ad fidem & gratio
nem informat. Postquam
itaq; uidit draco quia p
iectus est de celo. maximeq;
post aduentū filii dī. De q̄
dñs ait. Videbā satanam
sicut fulgur de celo cadentē.
psecutus est mulierē que
pcepit masculū. idē pp̄t̄m for
tem. sicut fuerunt sc̄i mar
tires. quante mori potue
runt quā a fide separari. P
secutus quippe est hanc mu
lierem in ipsa adolescentia.
quando inter fecit abel.

sed hanc post aduentū filii dī
actius psequi aggressus est &
ad argumta psecutionū calli
dius semetipsū conuertit.
alios per mēbra sua crucifi
gens ut petrū. alios lapidib;
obruens ut stephanū. alios
igne consumans ut laurentiū.
alios quoq; serpentib; tradidit.
ungulis lanauit. in mare pre
cipitauit. & p uaria hissimi
lia tormta transire coegit.
Et hec quidem facit ligatus.
sed uehementius contra eam
exurgit quando damnatū
hominem ingreditur. et pu
gnabit tormtis. et falsis mi
raculoy signis. ita ut merito
rem inducantur si fieri potest
etiam electi. Quoy tanto ro
bustior tunc erit constantia.
quanto immanior psecutoy.
seuita. Et date sunt muli
eri due; alę aquile. & cetera.
Induab; alis mulieri datis
duo intelligunt̄ testamta.
duo caritatis precepta. in
quib; tota lex pendet & p
ph̄e. siue etiā actiua &
contēplatiua uita. Quib;
acceptis effecta est aquila.

petens p̄ mentis contemplationē
celestia. Juxta illud ap̄li. n̄ra
conuersatio in celis est. Sic
enī dicit̄. Datus sunt mulieri
duē^{ale} aquile. magne. tamquā
diceretur. hoc donū ipsa mu-
lier meruit. ut aquila mag-
na efficeretur. Desertus autē
locus. corda scōy. intelligit̄
guntur remota a terrenis de-
sideriis. Prius autē a semetip-
sis inordinatos desiderioy.
motus eiciunt. & sic semet
ipsos desertū quietis effici-
untur. ut habeant locum
quo fugere possint. quia dū
nulla huius mundi diligunt. —
Sed solū modo aeternā patriā
appetunt. magna m̄tis tran-
quillitate p̄fruantur. In qua
solitudine locū inueniunt
quo fugiant. id̄ om̄ qui in se-
cretis m̄tis a quietibus inue-
nitur. Cuius sal̄ mista dicit.
Est michi ind̄m̄ptectorem. &
in locū refugii ut saluū me
facias. Duabus ergo alis muli-
er utens. draconis p̄secutio-
nem euadit. quia sc̄a eccl̄a
duoy. testam̄toy. cognitio-
ne. siue duobus p̄ceptis carita-

tis fulta. et ad celestia suspen-
sabilis. occultas inimici insi-
dias p̄cauere & apertas
p̄secutiones nouit contem-
nere. remouens se ab om̄ib;
terrenoy. rerū tumultibus
et infecte to mentis d̄no ua-
cans. Vbi alit̄ p̄tempus
et tempora. id est p̄ om̄e tē-
pus istius uitę. ad n̄i p̄redica-
tione usq; ad finē sc̄ti. Illo
uō pane quid ex celo descen-
dit. Ip̄s est enī fugientibus
p̄secutoy. se uitiā uia. Ip̄s
se ad solitudinē p̄uenien-
tibus locus. ip̄s in exōe so-
litudine esurientibus cibis.
De hoc tempore. satis supra
dictū ē. Nam quia p̄redica-
tio xp̄i tribus annis et dimidi-
o tenuit. & tribus annis et
dimidio terminabitur. rec-
te p̄ hoc spatū. om̄e tēpus
presentis uitę intelligit̄.
in quo sub eadem doctrina
eccl̄a morat̄. In huius mu-
lieris figura. olim p̄ pl̄m isra-
helicū columnam nubis p̄-
cedebat p̄ diem & columna
ignis p̄ noctē. In nube q̄ p̄
pe blandim̄tū amoris. In

gne autē terror exprimitur
timoris. Per has quippe duas
columnas. duo significan-
tur testamta. Per nubē indie-
nouū significatū testamtum.
in quo uindicta peccantium
sedmē lenitas ostensa est. Vñ
est. n. emote condempnauit mu-
lier. Per ignem uō in nocte.
uetus testamtu intelligit.
qd supplicium peccantib; mi-
natur. Vnde est. Siquis hoc
uel illud fecerit. morte mo-
riatur. Fugiens autē pplis
pharaonem qui est draco mag-
nus cubans in medio flumi-
nū suoy. ueluti mulier fugit
draconem. puenit in deser-
tū. in quo dñm ptectorem
repperit. Et marina celesti
pastus est. et p suspensionem ser-
pentem àeneū dñm uideli-
cet ih̄m xp̄m saluatus est.
qui uenena peccati curauit.
Quia & si apparuit in similitu-
dine carnis peccati. tamen
peccatū non fecit nec dolus
inuentus est in ore eius. Potest
autē deserti nomine illare-
gio designari. quā apostata
angl̄s & homo deseruit. in

qua certū refugii locū inue-
nit ecclā. que undiq; psecuti-
onib; angustatū int̄ra. Vbi ci-
biū inde ficientē repperit.
que hic dū affligitur. iustitiā
esurit. In alis autē mulieris.
ipsa suspensio intelligitur cō-
templationis. Solet enī hoc
pprium cē scōy. donū. ut q̄
magis pressuris angustantū
int̄ra. eo amplius contem-
plationis penna leuentū ad sū-
ma. hinc paulus dicit. Quan-
do infirmor tunc fortior sum.
Et misit serpens ex ore suo
post mulierē aquā tāquā flu-
men ut eā faceret uti a flumi-
ne. In scriptura sacra sepe
aquay. impetus. psecutionē
significat. vnde psal mista.
Cum irasceret furor eoy. in nō.
forsitan aqua obsorbuisset nō.
Per os uō antiqui serpentis.
suasio illius intelligitur. qua
re. pbi instigantur. ut cont̄
ecclām seuant. Post mulierē
ergo in desertū uolantē. ser-
pens ex ore suo flumen emi-
sit. quā maxime post aduen-
tū filiū dī. & postquam ecclā
celestia petere cepit. infide-

lū multitudinē diabolus
in eius necē comouit sicut
neronem. domitianū. et ce-
teros. ut eam faceret tra^ha
flumine et in corpus suum
hoc est in societate reprobōy
posset eā traducere. Sed nō
ualuit. quia si moriunt^r mar-
tyres in carne. tam post mor-
tem carnis ueraciter dicunt
Tortentē p^rtransiuit anima
n^ra. Quia uō hanc p^rsecuto-
res traicere in corpus suū nō
ualuer^r. funditus delere co-
nati sunt. Et ad^{iuuit} terra
mulierem. et cetera. Terra in
sacro eloquio aliquando na-
turā humanā significat. Vñ
primo homini dictū ē. Ter-
ra est & in terra ibis. Terra itaq^{ue}
in hoc loco. caro redemptoris
n^ri intelligitur. Quam in
forma serui accepit. De hac
terra. psal mista dicit. Benedi-
xisti dñe terrā tuā. hęc terra mu-
lierem adiuuit. quia ipse p^r-
mū omīs fluctus humane p^r-
secutionis p^rtulit et deuicit.
Et aperuit terra ossuū. & ab-
sorbuit flumē qđ misit draco
ex ore suo. Quia tēpore pas-

sionis habundantia uite sue.
mortis principē deglutiuit.
resurgensq^{ue} amot^{us} in un-
dantes fluctus absorbit di-
uinitatis potentia. quia et
ad hoc mortuus est. ut et ui-
uoy et mortuoy tōnetur.
Vñ ap^ls. Dedit illi dñs nomen
sup^{er} omē nomen. ut in nōe
ihū omē genua flectat^r. Et
unde ipse fluctus in se p^r-
secutionū sup^{er}auit. inde ecclām
nē uinciposset adiuuit.
Ac si diceret suis fidelib^{us}. No-
lite timere mortē. nolite
timere etiam fluctus huma-
nā subire p^rsecutionū. sed
confidite quia ego uicimū-
dum. Principem quoq^{ue} mun-
di debellauī. fluctus uite
mortalis resurgendo calca-
uī. quia prior ego p^rsecutio-
ne eius. bibi. bibensq^{ue} sup^{er}-
auī. Ideoq^{ue} sicut ego me hu-
miliauī. & p^r humilitatē ad
uictoriā p^rueni. ita et uos
humilitatē sequimini. ut me-
cū post modū regnare pos-
sitis. qđ diabolus nichil am-
plius p^rualebit in corpore.
quā qđ p^rualuit in capite.

» Et dicitur est draco in muliere.
id contra scām eccleā. que sic
dicitur mulier appellatur q̄a
sp̄ales dō filios generat. ha
bit facere p̄ lū cū reliquis
» querant de semine eius. fēc
» quidem draco p̄ lū cū his qui
fuerunt antedn̄a aduentum
boni. sicut fuit abraham.
ysaac. iacob. & multi alii.
Sed amplius post aduentū filii
dī. cepit seuire cū reliquis q̄
erant de semine eius. id cum
ap̄tis. martyrib; . quos p̄ mē
bras sua crucifixit. ut uuln̄.
ignitratidit. & uariis tor
mentis cruciauit. Sem̄ quip
pe mulieris. uerbū intelligit
gitur p̄ dicationis. quonā
scuntur homines. et filii dī
efficiuntur. Tanto enī dia
bolus amplius seuit aduer
sus eccleā mēbra. quanto
a precedentib; diuino uel
munere ^{ul} numero robotatis
uictus est. Hinc est qd̄ ex
pulsus ab homine cū septē
aliis nequorib; redire de
scribit̄. Qui custodiunt
mandatū quib; scilicet
in lege p̄cipit̄. non occides.

non furtū facies. et cetera.
» his similia. Et habent testi
» moniū ih̄u. idē fidem illius re
tinent corde. et ornant ope.
Cū his quippe diabolus maximū
habeat conflictū. Juxta illud
ap̄tū. Om̄is qui pie uolunt uiue
re in xp̄o. p̄secutionē patiun
tur. Sustinent quidē et rep̄bi
mala. sed non aduersus eos di
abolus intorquet bellum.
Qd̄ nequaquā fieri potest. nisi
inter duas partes contrarias.
Sed cū dicit̄ primū. qui custodi
unt mandata dī. et deinde
infertur. et fidem ih̄u. sicut
uenit̄ hęc uerba sonare. quasi
ante fidem bona opa possint eē.
cū prius sit credere. ac sic ean
dem fidem opib; fulcere. Sed
sciendū qd̄ dō mandata prius
ponit̄. quia caritas que man
datū constat. maior ē om̄ib;
uirtutib; . licet fides sit uia
ad d̄m. vñ ap̄t̄s. Nunc ma
neant. fides. spes. caritas.
tria hęc. maior aut̄ horū est
caritas. Quare maior. q̄a
cetera transibunt. caritas
p̄ manebit in electis. No
tandū aut̄ qd̄ idē draco n̄

sup petra. sed sup arenā stetit
sedicitur. Cunctis enī liquet.
quia serpens in petra uestigiū
habere non ualet. In arena
uō queq; loca tetigerit. sig
na siue corporis relinquit.
Quia uidelicet in cordib; scōy
que uoluptates nulle emol
liunt. Locū nullū diabolus
inuenit. Contra in harena
gressū figit. quia nites
quas humor carnalis concu
piscencie emollit. inhabitat.
Hinc ad nō iob dicitur. Sub um
bra dormit in secreto cala
mi. in locis humectib; id est
in lubricis & uoluptuosis
requiescit. Quē ergo dñs
in locis humectib; dormire
phibet. Hinc ioh̄s super
arenā stare affirmat. Et ui
didemari. hoc est de mul
titudine reprobōy. uel de
p̄funda p̄fidia iudeoy. be
stiā ascendente. id est an
taxp̄m. Vbi enī in facto elo
quio singulariter bestia po
nitur. ip̄se malignoy spūū
princeps p̄ illā designat.
Vnde est. Bestia agri scindet
eos. Et ysaias. O malabestia

n̄ transibit p̄ eā. Vbi uō plura
liter. uel uniuersa demonū
potentia. uel bestiales homi
nū motus exprimunt. Vñ ē.
Oms bestie agri. ludent ibi.
Et ap̄t̄s. Si scdm̄ hominē ad
bestias pugnaui ephesi. Et
ceteri semper mendaces ma
le bestie. hic itaq; sicut dixi.
bestia que ascendit de mari.
diabolū significat quia scen
dit de cordib; reprobōy ut
amplius seuiat solutus. et
hoc p̄ ip̄sū p̄ditū hominem
quiascet de plebe iudaica.
Iuxta illud. Fiat dan coluber
in uia. ceterā usq; cadat a
scensore eius tetro. Et in illo
etiā om̄e corpus eius figurat.
Per septē eius capita. om̄s re
ges intelligunt illi subditi.
Per decē cornua. om̄a regna.
om̄as enī huius sc̄ti potesta
tes habebit sibi subditas.
quib; & honorē dabit. &
mundi regna dñō p̄mittente.
Vñ in cornub; eius decē sunt
diademata. hoc enī signifi
cat p̄ decē diademata. qd̄
p̄ decē cornua. non numero.
sed significatione uniuers

Hic dicitur quod
nascitur est

statim posita inuenimus ;
Et sup̄ capita eius nomen scrip
tū blasphemie . quia maxime
potentatus istius sc̄li blasphe
mat dñm uerbo & ope . Blas
phemabit aut̄ ip̄ sedm̄ & ta
bernaculū et nomen eius . sic
insequentibz inuenimus . Facies
etiā hoc illi . qui eius mēbra s̄t
quia ei placere cupient . De
hac blasphemia Ap̄t̄s dicit .
Qui aduersat̄ & extollit̄ sup̄
om̄e qđ d̄r̄ d̄s̄ aut qđ colit̄ .
ita ut sedeat in tēplo d̄i tam
quā sit d̄s̄ . Et mēbra illius
adorab̄t̄ eū . qui a honore illi
diuinū dabunt . Et quia in
bestia non solummodo caput .
sed om̄e quoq; eius figurat̄
corpus subdit̄ . Et bestia quā
uidi similis erat pardo . et
cetera . Pardus . bestia ē seuis si
ma atq; impatientissima &
uarietate cutis discolor .
Vrsus quoq; rapacissima ē . et
ea que capit primū pedibz ē
culcat . & cōminuit . & sic
om̄a deuorat . Leo uō . terro
rē suo rugitu . om̄ibz bestis
inmittit . Et cū sit fortissi
mus bestiaz . atq; nullius

paueat occursum . tam insidian
do p̄dā sibi preterit . Tales
utiq; sunt heretici . pagani .
et ceteri qui ad corpus anti xp̄i
p̄tinent . In uarietate siquidē
pardi . diuersitas nationū o
stendit̄ . que illi creditur aē .
vel etiā multitudo diuitiaz
quibz ille suos ornabit sub
iectos . uel certe om̄iū hypo
critaz . atq; om̄iū reproborū
fictae actiones . quibus na que
faciunt semp̄ uideri cupiunt
ut laudem ab hominibz ac
cipiant . Vnde e contra tōnis
fidelibz dicit . Orantes . noli
te multū loqui . sicut hypo
crite faciunt . Et cū facis
elemosynā noli tuba canere
ante te . sicut hypocrite
faciunt . sed nesciat sinistra
tua . quid faciat dextera
tua . Iustus quoq; op̄a sua
ostendere iubent̄ . sed non
ad hoc ut ipsi p̄ ea sed pater
celestis glorificetur . In uis
so aut̄ . potestas exprimit̄
sc̄laris . unde in libro regū
legimus . qđ cū reuerter̄
heliseus in Bethel . pueri in
ludentes ceper̄ dicere . Ascen

decalue. ascende calue.
Maledixit ergo eis innoēdñi.
et egressi duo ursi de siluis.
deuorauer^t ex eis quadragin
ta duos pueros. h. discus in
hoc loco. significauit
vñmñm ih̄m xp̄m. Quicū
reuerteretur ad dñm patrem
ppassionē mortis. Clama
uerunt ei pueri insultantes
idest iudei pueriliter sapi
entes atq; dicentes. Vah.
quid destruit tēplū dñi. et in
triduo illud reedificat.
et cetera. Sed ipso dñi sangui
ne uindictā expetente.
exierunt duo ursi. titus ui
delicet & uespasianus de sil
uis omniū gentiū cū multitu
dine exercitiū. post qua
tragesimū scđm annū dñice
passionis. ipsāq; iudaicam
gentem p̄emer^t. Sicut ergo
ibi p̄sum potestas trena
exprimitur. ita et hic. Tales
quippe sunt in corpore anti
xp̄i. qui pedib; sc̄laris poten
tie conculcant pauperes.
debiles. et orphanos. cete
rosq; di seruos. Leo quoq;
ut diximus. quāuis sit forti⁹

simus bestiarū. et ad nullius
pauere occur sū. tam insidi
as tendit cū p̄cedam sibi p̄ripit.
Cuius ~~et~~ rugitu. om̄s bestie
pauere dicuntur. & ideo n̄
inmerito p̄ leonē anti xp̄c in
telligitur. quia quosdam
terrorib; decipiet. quosdā
autē fraude. vnde psalmi
sta. Sublingua eius labor
et dolor. sedet in insidiis cū
diuitib; in occultis. De quo
rur sū p̄ eundem psalmistā
vñ. Insidiatur in abscondi
to sicut leo incubilis suo. Rec
te enī antiquus aduersarius
contra electos incertamine
positos leo appellat⁹. quia
p̄ utraq; seure p̄mittitur et
fraude scilicet & uirtute.
Virtute p̄ potentia sc̄larē.
fraude p̄ signa miraculoy.
Vt enī col qui iniqui aptesunt
p̄trabat. sc̄larē potentiam
ostendat. vt uō etiā iusto
fallat. signis sc̄larit̄e simu
lat. Illis enī suadet elatio
ne magnitudinis. istos de
cipit ostensione sc̄laritatis.
Et dedit illi draco uirtutem
suā & potestatem magnam.

Sicut in xpo plenitudo diuinitatis requiescit. Ita in illo plenitudo nequitię. Et sicut xpc p uirtutē uerbi omnia sua facit opa. Ita et ille homo pditus. p diaboli potestatem qui in eo habitabit omnia sua opa faciet. Draco itaq; id est diabolus dedit illi uirtutē suam ut miracula faceret & signa inaudita. Et potestatem magnā dedit illi. per quā eleuatus sup gentes & regna. contra bonos de se uictor. nec erit ulla difficultas p agendum malū. quia ille eū inhabitabit qui p se omnia malū adinuenit. Et uidi
unū decapitib; suis quasi occisū in mortem. et plaga mortis eius curata est. Diximus supius. quia p septem capita. omnes reges illi subditi designant. P unū autē caput qd hic singulariter tāquam occisum se uidisse dicit iohs. ip sum principē maloy. intelligere debemus. Vñ recte dicit tāquā occisū eū uidisse in mortē. quia uidelicet ipse simulabit se

occisū & post mortē resurrexisset. Vñ subiungitur. Et plaga mortis eius curata est. Tanta quippe temeritas erit in illo damnato homine. ut ad deludendos animos paruuloy in imitatione ueritatis xpi. occisū se dicat et resurrexisse post mortē. Idōq; ne forte ueritas & non illusio putaretur. idcirco nequaquā affirmando dicitur.
Et unū decapitib; suis occisum in mortem. & plaga mortis eius curata est. sed premititur quasi ad uerbiū scilicet similitudinis. ut per hoc sicut dictū est apte ostendatur non eē illud ueritatis psecutione. sed ueri similem fraude. Quāquā illa particula. non semper p ad uerbiū similitudinis. sed aliquando etiam p affirmatione ueritatis inscribitur aponitur. Vnde est. Et uidimus glāmeius glāma quasi unigenti a patre. Et ad mirata est uniuersa terra post bestiam. Nulli dubiū quin pter tā terrenū intelligunt.

qui admirant^r post bestiam
estimantes eam resurrexisse
a mortuis. et facere etiam pu-
tantes miracula in uirtute
diuinitatis. Et adorauer^t
draconem. id est diabolum. quia
dedit potestatem bestiae ut fa-
ceret miracula potentialiter.
Et adorauer^t bestiam id est ipsum
antichristum dicentes. Quis si-
milis bestiae. ut se ostendat
resurrexisse a mortuis.
Aut quis poterit pugnare
cum ea. ut uoluntati illius re-
sistere possit. sub audis
nullus. hic iam apte demon-
strant. quid sit admiratio
uniuersa post bestiam. id est
omnes reprobos. et terrena sa-
pientes. In eo itaque dracone
adorauer^t. quod bestiam illam
uidelicet antichristum. non so-
lum diuitis & potentatibus.
uerum etiam signis & uirtutibus
falsum christum esse putauerunt.
forsitan enim contemnenda
esset. si solum modo potentia
sclari et non uirtutibus fulta
fuisset. Rursumque despicien-
da fortassis esset. si solum uir-
tutibus simulatis. & non etiam

potentia sclari usa fuisset.
At cum signis & potentia uide-
atur suffulta. quis non solum
reproborum uerum etiam electorum
non trepidat. unde et ado-
rantes dicunt. Quis similis
bestiae est. et uerum dicunt isti
qui hanc bestiam adorant. quia
neque in sclari potentia. neque
in miraculorum fraude in retro
actis temporibus similis ei ap-
paruit. Et datus ei os loquens
magna & blasphemias. Di-
uino & iustodum iudicio. ad
illudendos animos reproborum.
permittitur antichristo magna
loqui. Magna uirtus non quia bo-
na. sed quia inaudita. & terri-
bilia. Et blasphemias loquitur.
quia dicit se esse christum. & pro illo
se adorari faciet. Datus est
autem hoc illi a deo ut hoc face-
ret. id est permittitur illi. Tale
quippe est hoc. quale est illud.
induratum est cor pharaonis.
Et data est illi potestas face-
re mensibus quadraginta duobus.
In tribus annis & dimidio. qua-
draginta duo menses sunt.
atque idcirco speciat in his
mensibus ultimam tempus & pse-

Hic quia per p[er]d[er]e
m[er]it[um].

cutio significatur anti xpi . Ge-
neraliter autē omē tēpus hui'
scti . a omī predicatione . usq'
ad finē scti . sicut et supra p'
dies mille ducentos quator-
aginta . Quia ergo p' quator-
aginta duō menses . omē tēpus
quod diabolus contra eccliam
pugnat . siue etiā quo apte
solutus acrius pugnabit intel-
ligit . Videndū est in ipsius
numeri natura . quare non eo-
iunctat . Constat enī hic nume-
rus . ex denario . quaternario .
et binario . Quatuor ergo
referunt . ad quatuor libro'
euangeli . siue ad quatuor
virtutes principales . Dena-
rius ad decalogū legis . Bina-
rius . ad duo dilectionis pre-
cepta . idcirco itaq' siue in
omī tēpore p'sentis uite . si-
ue etiā sub anti xpo . Insuper
biles existunt . quia quattu-
or libro' euangeli facti .
quatuor virtutib' princi-
palib' roborati . decalogū
legis opere cōplent . et duo
dilectionis p'cepta custo-
diunt . Diligentes omnimō
ex toto corde tuo . & p'xi-

mū sicut se ipsos . Nam et
qd' omē tēpus huius uite de-
signetur p' quatoragesimum
scdm numerū . Hinc patet qd'
filii isrl' quatoragesima scda
mansione ingressi sunt t'ra
re p'missionis . Notū quippe
est omib' . qd' p' ipsū pet' his
rabelitici populi . p'fens ui-
ta significetur . in qua pere-
grinifumus . & ad patriam
tendimus . Et apert' os suū
ad blasphemare nomen ipsius
et tabernaculū eius . et eos
qui in celo habitant . Ipse
quinunc apert' ora reproboy
ad blasphemandū omī . uel
omī seruos . Ipse tunc apert'
os corporaliter . cū illo dā-
nato homine habitare ce-
perit . Tale est enī hoc quale
et illud qd' in euangelio de
redemptore nro licet p' con-
trariū dicatur . Quia apert'
os suū docebat eos . Ac si
diceret . Quid dudū aperu-
erat ora p'ph' . in presen-
tia carnis apprens' os
suū apert' . Sed agnus ad
doctrinā . bestia apert'
os suū ad blasphemias .

Vel certe quoniam per membra sua
metu fidelis populi aperte non
sument blasphemare. os eius
obstruitur. Palma dicitur.
obstruendum est os loquentium
iniqua. in futuro aperire os
eorum. quando per ipsum hominem
damnatum. scilicet potentia con-
traxerit et ecclesiam eleuatus. pu-
blice ausus fuerit blasphema-
re nomen eius. Illud scilicet de
quo paulus apostolus dicit. Prop-
ter quod os illum exaltauit. et
cetera. usque dominus ihesus christus in gloria
patris. Blasphemabit os
nomen. quia dicit ipsum non
fuisse christum. sed potius anti-
christum se esse aut christum fatebitur.
Nec iam similem deo. sed sicut
apostolus dicit extollitur. et
eleuabitur supra omne quod dicitur
aut quod colitur. Hoc etiam
in nullo deterior omnibus blas-
phemia inuenietur. Et ta-
bernaculum eius sub audis
blasphemat. Id est in ipsa
carne redemptoris nostri. in qua
habitat omnis plenitudo di-
uinitatis. Dicens non her-
ita se habere. sed magis
fuisse. et per demonum potestatem

te tanta agere potuisset. Sed
autem confitebitur uerere filium
dei. et filium hominis. ita ut se
deat in templo dei tanquam sit deus.
Et quia in se diuinitatem ha-
bitare dicit. idcirco etiam
adorari se facit. Et eos qui
in celo habitant. hoc est in ec-
clesia. si uenerunt. siue etiam quam
precesserunt blasphemabit.
Dicens omnes hos fuisse ministros
anti christi. et pseudo prophetas.
et apostolos ab ipso deceptos. af-
firmans nullum ante se christia-
num fuisse. Sed omnes anti christos
extitisse. Et daturus est illi
id est promissus est ei a deo iusto iu-
dicio bellum facere cum sanctis. et
uincere illos. faciet bellum
aduersus sanctos. qui pugnabit
aduersus eos. et muneribus et
tormentis. Et quos non pote-
rit inclinare ad suam fidem.
uincet. id est occidet eos. non
tamen animas illorum decipiet.
Sed fortassis querit aliquis cur
deus omnipotens ita sanctos suos per-
mitteat affligi. Cui breuiter re-
spondendum est. quia filii sunt
et paterna hereditate do-
nandi. atque a deo dilecti.

Vnde scriptū ē . Flagellat dñs
omēm si lūq̄e recipit . Nā
sup se dñs p̄secutionē susti
nuit . ut ad gl̄am pueniret .
qui est om̄ino sine peccato .
quantomagis sc̄i iusto iudi
cio affligunt̄ hereditatem
celestis patrie consecuturi .
Quilicet sc̄i sint . tam̄ n̄ sunt
sine peccato . Contra rep̄bi
aduersus eos se uunt . iugi
ter mala opantur . tam̄ mi
nime corrigunt̄ . Sed in iu
dicio isti quib̄ n̄ uidetur ita
tus . inuenient illū placatū .
rep̄bi aut̄ experient̄ iratū .
Et ita quē nunc misericordiā
asc̄i inchoat . in rep̄bi sine
m̄iā conquesceat . Hinc
petrus dicit . Tempus est ut
incipiat iudiciū de domo dī .
Possumus sc̄os intelligere eos .
quic̄ simulatā in conspectu
hominū uideantur habere
sc̄itatē . Quos uincet . quia
sup̄ati donis aut̄ torm̄tis .
a fide recedent . quā nunc
fide tenent . Et data ē ei
potestas in om̄em tribū . et
p̄ptm̄ & linguā . & gentem
& adorabunt eū om̄s qui ha

bitant terrā . In tribu . et po
p̄to . accipiamus iudeos . q̄a
pop̄l̄s in tribub̄ erat distinc
tus . In lingua . & gente . om̄s
nationes . Non solū enī in iudeis .
sed etiā in om̄ib̄ gentib̄ er̄t
sc̄i . aduersus quos potestātē
accipiet . ut eos interficiat .
et temporaliter contra eos p̄
ualeat . Similit̄ etiā erunt
& in iudeis . & in gentib̄ . q̄
uicti succubent . Vnde sub
ditur . Adorabunt eū . idē
anti xp̄m̄ . & in illo diabolū .
om̄s qui inhabitant terrā . id
quod tenet̄ desiderius in ser
uunt . & quoy nō anō sunt
scripta in libro uite agni .
sed potius in trā . Juxta il
lud heremie . Recedentes a te .
in trā scribentur . Quis uero
sit agnus . ioh̄s manifestat
dicens . Ecce agnus dī . ecce
qui tollit peccata mundi .
Occisus est aut̄ iste agnus
a origine mundi . non in
se sed in suis mēbris . sicut
fuit abel . & multi alii .
Quasi uero in suis pascitur .
ita in suis occiditur . Vnde
est . Saule saule . qui om̄e

persequeris. Vel certe in prede-
stinatione occisus est. quia
ante omnia secula decrevit deus pa-
ter cum filio & spiritu sancto. ut in fi-
ne temporum ueniret & occide-
retur. ut suam mortem. mortem
nostram redimeret. Vel in ipso
agnos quem abel obtulit.
aut certe ut uetus dicamus.
ipse abel innocens a fratre
penitus eum figurauit. Si quis
habet aurem cordis audiat.
Iam spiritum quem dicuntur intel-
ligat. Quotiens cumque enim hec
particula ponitur. siue in
euangelio. siue in hac apo-
calypsi. eaque precedunt. aut
que sequuntur. spiritum intel-
liguntur. Qui in captiuitate
duxerit. in captiuitate
uadet. Hec uerba sicut perti-
nent ad omne corpus anti christi.
ita ut ad ipsum principem
malorum. anti christum. quod duobus
modis captiuabit hominem.
Primum uidelicet a fide christi eos
separans mente. deinde ab
eternorum societate fidelium.
quod a quibus ob audierint. perpetua
& captiuitatis exilio danna-
buntur. ita et ille prius cap-

tuabitur in anima. dum diabolo
tradetur ad possidendum. De-
inde damnabitur in inferno
captiuitate perpetua. Et qui
gladio occiderit. oportet
eum gladio occidi. Et hoc si-
militer duobus modis est accipi-
endum. Primum enim gladio ma-
le persuasionis interficiet ho-
mines in anima. deinde quos
sic non potuerit superare. inter-
ficiet gladio materiali. Cum
quibus etiam heliam & enoc gla-
dio trucidabit. De hoc gla-
dio spirituali. psalmista liberati
optat. dicens ad dominum. De gla-
dio maligno eripeme. Ita &
ille occidetur gladio senten-
tie diuine. Juxta illud.
Quem dominus ihesus interficiet gladio
ortus sui. Prius enim interficietur
occulte a diabolo. deinde
aperte damnabitur. percussus ab
angelo. Ac si diceret sanctis mar-
tyribus. Nolite terreti. nolite
per timere. nolite pu-
sillanimes existere. sed ex-
te fortes contra robustos. quod
et hoc quod patimini cito tran-
sire. et hiis quibus patimini sine
tarditate uindicta recipiens. -

Id est diabolus eiusque damnatus
homo . seu omnis reproborum multi-
tudo . qui unum utique sunt . Hic pa-
tientia et fides sanctorum est . In cir-
co uirtutem patientie . etiam
inter aduersa sancti custodiunt .
quatuor phariseos se post pau-
lulum sciunt . Damnatoque eo
qui sibi ad tempus preuaue-
rit . ipsi in perpetuo letabuntur .
Et tunc est fides sanctorum : quia pro certo
ita implebitur et eorum . remunera-
tio & impiorum damnatio .
Et uidi aliam bestiam ascendente
de terra . et habebat cornua
duo simili agni . Et cetera . Prior
bestia antichristi . ipse scilicet ma-
loy . caput . Sequens uero corpus
illius intellegitur . maxime
que cum qui predicaturus sunt .
Qui de terra ascendere dicuntur .
quia de terrenis commodis & di-
uitiis . quas possidebunt in sup-
biam eleuabuntur . De terra que pro-
pe ascendere est . pro terrenis re-
bus in superbiam erigi . Et ha-
bebat cornua duo simili agni .
Agnus christus est . De quo iohannes dicit .
Ecce agnus dei . cetera . Duo
eius cornua . sunt innocentia
et uita pura . doctrina . & mi-

racula . In studio cornua simu-
labunt se . habere . ministri an-
tichristi . innocentiam scilicet . et
uita puram . doctrinam et mira-
cula . Quinque autem & eius ministri
habent in ueritate . isti habebunt
simulate . Et loquebantur ut
draco . id est . sicut olim diabolus
per serpente mala persuasione lo-
cutus mulieri . pro quam decepit
uisum . ita et isti sua praua doctri-
na . omnes quoscumque possunt se-
ducunt . & a fide christi separant .
Et cum sint seuisissimi dracones . ui-
tus nequitię suę auditoribus
infundentes . agnos se esse si-
mulant . ut agnos decipere ua-
leant . Non sumunt agni speciem .
ut draconis possint explere
operationem . Et potestatem pri-
oris bestie . omnem faciebat in
conspectu eius . Quasi cum an-
tichristi uis & fraude . blandimenti .
et doctrinis . terroribus et tor-
mentis decipit . ita et omnes eius
ministri . Qui est autem quod dicit
in conspectu eius . Nunquam enim
predicatores antichristi semper
in eius presentia manere po-
tuerunt . Non . Quin potius dis-
current per uniuersas mundipar-

tes predicando. Sed ubicūq;
sunt. ita ea facere studebunt
que illi sciunt placita. quasi se
p̄ ab eo uideantur. et in eius cō
spectu consistant. Intantum
quippe illum honorabunt. ut
quicquid acturi sunt corā ipso
se agere dicant tāquā nichil
eī latere possit. Sicut enī sci.
quia eius uoluntatē iugiter
custodiunt. in conspectu dī
se manere fatentur. iuxta il
lud. *uiuit dñs in cuius cons
pectu sto.* Et ap̄ls. Sicut ex
oō corā oō in xp̄o loquimur.
ita et illi in omē qđ locuturi
sunt & acturi. caput suum
sibi preponunt. quasi in cons
pectu eius potestatē sup̄ p̄tōs
exerceant. Et fecit t̄ra
id̄ t̄ra corpora hominum.
& inhabitantes in t̄ra. id̄
animas incorporib; quiescen
tes. et omē suā sollicitudi
nem in terrenis rebus ponen
tes. Adorare bestia p̄tīmā.
id̄ anti xp̄m. de quo supra
dixerat. Vididē mari ascen
dentem bestiam habentem
capita septem. Et cetera.
Cuius plaga mortis curatā ē.

id̄ quis se fingit resurrexisse
amortuus. sicut supra dictū ē.
Om̄s enī qui eū receperunt.
utiq; p̄strati & corpore & ani
ma illum adorabunt. & in ip
so damnato homine. adora
bunt diabolū in eo habitan
tem. Quo loco grauissima
uis seductionis ostenditur.
que et animas & corpora mi
serabiliter sibi mancipat.
Qui enī ui cadit non seductus.
solo corpore captiuatus est.
Qui autē seducitur. & n̄tē &
corpore captiuat̄. Et fecit
signa magna. Quia n̄ solum
uerb; sed etiā falsis miracul
multos seducet. Ita ut ig
nem faciat de celo descendē
in conspectu hominū. De hoc
om̄s in euanglio dicit. Con
surgent pseudo p̄ph̄e. et
cetera usq; electi. In t̄ra que etiā
signa et miracula. hoc erit
maximū. qđ dignē faciet de ce
lo descendē. Legimus in ue
terē testam̄to qđ diabolus
iustodi iudicio & p̄missu.
fecit descendere ignem de
celo sup̄ peccorā beati iob. q̄
tactas oues puerosq; consup

lit. Quid ergo mirū si facturus
est p̄ antixp̄m qđ iam fecit
p̄ semetipsum. tam non faci
et hoc in sua potestate. sed
dī p̄missione. ut hi qui ei s̄t
crediduri. iusto dī iudicio de
cipiant̄. Aliū. Legimus in
hactibz ap̄tōy. qđ die pente
costes sp̄s magnis uisione de
scendit sup̄ ap̄tōs. Quo reple
ta. ceper̄t loqui uariis linguā
magna latōi. Qui etiā eis quo
baptizabant. deinceps sp̄m
sc̄m dabant. ut simul̄ om̄i
bz linguis loquerent̄. Sicut
legimus fecisse petrū & alio.
Vñ & symon allata pecunia
dixit. Date m̄ hanc potesta
tē. ut cui cūq; imposuero
manū. accipiat sp̄m sc̄m.
ut possit loq; om̄ibz linguis.
De celo itaq; id̄ de se ipsis fa
ciebant descendere ignem.
hoc est sp̄m sc̄m. De quo dñs
dic̄. Ignē ueni mittere in t̄rā.
super̄ eis q̄ ante fuer̄ t̄reni. sed
tunc renouabant̄ p̄ grām sp̄s
sc̄i. unde & ip̄s dñs. In sig
nū credentiū specialiter
hoc dicit futurū. Signa in
quit eos q̄ crediderint hec

sequentur. In nomine meo de
monia eicient. linguis loquen
tur nob̄. Ita ergo hec bestia
ignem faciet de celo descendē.
quia p̄dicatores anti xp̄i falsa
imitatione p̄ impositionem
manus dare suis sequacibus
sp̄m sc̄m se fingent. Et hinc
uehementior erit p̄secutio. quo
illud sp̄s sc̄i donū bestia uel da
re uel habere putabitur.
quo eccl̄a m̄ suā dñs eminere
uoluit sup̄ om̄ia mundi regna.
Nam cū multa nob̄ cū heretici
uideant̄ habere cōmunia.
hoc specialit̄ donū sola se
gloriat̄ habere eccl̄a. Sed
illi forsitan agent q̄b̄dam
prestigius. ut illi quibz manū
imposuerint. loquant̄ lin
guis multaz gentiū. Et hoc
in conspectu hominū carna
liter sapientiū. homines enī
uocantur quia non diuina
sed humana sapunt. quia
p̄ hanc similitudinem. non
oculos sp̄aliū sed carnaliū
ludificare p̄bantur. Aliter.
Legimus in ueteri testam̄to.
qđ ad uocem helis descen
dit ignis de celo. & consum

sit duos quinquagenarios cum
suis quinquaginta. Sermo
itaque helie ignis fuit. & ipsi
excitauerunt contra se ipsum ignem
irrisorie clamando. homo
dei descende. rex uocat te.
Ignis ergo intelligitur feruor.
et zelus. quo accendentur scilicet
helias scilicet et enoch. & ce-
teri predicatorum aduersus eos
quos uiderint recedete a fide.
Et zelus feruore succensi. con-
demnabunt eos suo anathe-
mate. In ipsa itaque bestia faciet
ignem descendente de celo. quia
ipsi regum puer se agendo ac-
cendent aduersum se flamas
zeli in celestibus animis elec-
toy. ut eos condemnent. Et
hoc est quod iam supra dictum est.
quasi quod eos uoluerit nocere.
ignis exibit de ore eoy. et de-
uotabit inimicos illoy.
Et seduxit inhabitantes terram
et cetera usque que habet pla-
gam gladii & uixit. Per terram
ut sepe dictum est. terram in-
telliguntur. quidcirco se-
duci poterunt a ministris an-
taxpi. quoniam plus terram quam
celestia diligunt. In imaginem

bestie facient. hoc est fidem
illius tenebunt. & simulationem
illius imitabunt. Neque enim hoc
pueriliter intelligere debemus.
quod facturi sint aliquam imagi-
nem. quam secum ferant. sed ima-
ginem illius facient. id est
fidem eius habebunt. & simu-
lationem eius imitabunt.
tamquam uere filius dei. & uera-
citer resurrexerit a mortuis.
Habet autem plagam gladii & ui-
xerit secundum quod supra dictum est.
qui ante christum dicit se inuenerit
tum. & resurrexerit a mortuis.
In conspectu huius bestie
multa signa facient. quibus se-
ducent terram. quia ubicumque
fuerint ita eius uoluntatem
implebunt. et ea que illi pla-
cere cognoscunt facient. qua-
si semper illi presentes adstant.
Et datum est illi ut daret spiritum
